sius compunctus virtute) tanqꝫ si esset gladio spi
ritus ex eius ore procedente transfixus: seculari-
bus pompis omnino contemptis beato patri pro
fessione cohesit. Propter qꝺ videns ipsum vir sā
ctus ab inquietudine seculi ad xp̄i pacē perfecte
cōuersum: fratrem pacificum appellauit. Hic post
modum in oi sanctitate proficiēs: anteqꝫ fieret mi
nister in francia(siquidem primus ibidē ministe-
rij gessit officium) meruit iterato magnū thau in
fronte beati frācisci videre: qꝺ colox varietate di
stictū/faciē ipsi⁹ miro venustabat ornatu. Hoc qꝑ
pe signum vir sāctus magno venerabatur affectu:
frequēti cōmēdabat eloquio: z in eis quas dirige-

bat litterulis manu propria subscribebat: tanq̃ si omne ipsius studium foret signare thau iuxta dictum propheticum super frontes virorum gementium et dolentium/ad christum iesum veraciter conuersorum. Processu quoq̃ temporis/multiplicatis iam fratribus cepit eos pastor sollicitus in loco sancte marie de portiuncula ad generale capitulum conuocare: vt in funiculo distributionis diuine/in terra paupertatis eorumvnicuiq̃ tribueret obedientie portionem. Vbi licet omnium necessariorum esset penuria/fratrumq̃ multitudo vltra quinq̃ milia conueniret aliquando: diuina tamen opitulante clementia/et victus sufficientia suberat/ et salus comitabatur corporea/et spiritualis iocunditas affluebat. Capitulis vero prouincialibus quia corporalem presentiam exhibere non poterat: per sollicitam curam reginiinis/ instantiam precis/ z efficaciam benedictionis spiritu presens erat: q̃uis aliquando mira dei facie te virtute visibiliter appareret Dum enim egregius predicator/qui et nunc christi preclarus confessor anthonius de titulo crucis Jesus nazarenus rex iudeorum/in arelatensi capitulo fratrib⁹ predicaret: quidam frater probate virtutis monal dus nomine/ad ostium capituli diuina cōmonitione respiciens: vidit corporeis oculis beatum franciscum in aere subleuatum/extensis velut in cruce manibus benedicentem fratres. Tanta vero z tam insolita fratres omnes consolatiōe spirit⁹ repletos se fuisse senserunt: vt de vera sancti pa

tris presentia certum eis intra se spiritus testimonium perhiberet: licet postmodum id non solum per euidentia signa/verumetiam per eiusdez sancti patris verba exteriori fuerit attestatione compertum. Credendum sane q̄ omnipotēs dei virtus/que ambrosium sacrum antistitem tumulationi gloriosi concessit interesse martini/vt pium pontificem pio veueraretur officio: etiam seruum suū franciscum predicationi presentauit veracis sui preconis anthonij/vt approbaret veritatꝫ eloquia: precipue crucis christi/cuius erat et baiulus et minister.

¶ Cum autem dilatato iam ordine/viuendi formam per dominum innocentium approbatam disponeret per successorem ipsius honorium in perpetuum facere roborari: huiusmodi fuit a deo reuelatione commonitus. Uidebatur quidez sibi de terra micas panum subtilissimas collegisse: multisq̄ famelicis fratribus ipsum circunstantibus debere tribuere. Cunq̄ micas tam tenues distribuere formidaret ne forte inter manus excide-rent: vox ei desuper ait. Francisce/vnam de micis omnibus hostiam facito: et manducare volentibus tribue. Quo idagente: quicunq̄ illud nō deuote recipiebant/aut receptum contemnebāt donum: mox lepra infecti notabiles apparebant. Recitat mane vir sanctus hec omnia socijs: dolens se nō percipere misterium visionis. Sequenti vero die cū vigil ī oratiōe ꝑsisteret: huiuscemōi vocē de celo delapsā audiuit. Frācisce/ mice ꝑteri

te noctis verba euangelica sunt: hostia regula/le pra iniquitas. Volēs igitur confirmandā rām ex ꝓborū euangelij aggregatiōe profusius traditā: ad compendiosiorem formam/iuxta quod dictabat visio monstrata redigere: in montē quēda cū duobus socijs spiritu sctō ducēte cōscendit. Ubi pane tantū contentus et aqua ieiunās: conscribi eam fecit/secūdum qō orāti sanctus spiritus suggerebat. Quā cum de monte descendēs seruādā suo vicario cōmisisset/et ille paucis elapsis diebꝰ assereret p incuriā perditam: iterato sanctus vir ad locum solitudinis redijt: eamqꝫ instar prioris ac si ex ore dei verba susciperet ilico reparauit: ꝛ per supradictum dominum papam honorum octauo pontificatus illius anno sicut optauerat obtinuit confirmari. Ad cuius obseruantiam fratres feruenter inducens/dicebat se nichil ibi posuisse secundum industriam propriam: sed omnia sic scribi fecisse sicut sibi fuerant diuinitus reuelata. Quod vt certius constaret testimonio dei/paucis admodum euolutis diebus impressa sūt ei stigmata domini iesu digito dei viui: tanꝫ bulla summi pontificis christi ad cōfirmationem omnimodam regule et commēdationem auctoris/sicut post suarum enarrationem virtutum suo loco inferius describetur.

¶ De austeritate vite: ꝛ quomodo creature prebebant ei solatium.

Capitulum quintum.

Cum igitur cerneret vir dei franciscus suo exẽplo ad crucem christi baiulandã feruenti spiritu plurimos animari: animabatur et ipse tanq̃ bonus dux exercitus christi/ad palmam victorie per culmen inuicte peruenire virtutis. Attendens enim illud apostoli verbum. qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs: vt crucis armaturam suo ferret in corpore/ tanta discipline rigiditate sensuales appetitus arcebat: vt vix necessaria sumeret sustentationi nature. Difficile nãq̃ fore dicebat: necessitati corporis satisfacere/ et pronitati sensuũ non parere. Propter quod cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat et raro: admissa vero aut conficiebat cinere/ aut condimenti saporem admixtione aque vt plurimum reddebat insipidum. De potu vini quid dicam: cum/ z de aqua dum sitis estuaret ardore vix ad sufficientiam biberet? Modos adiueniebat abstinentie potioris et quotidie exercitatione crescebat. licetq̃ iam perfectionis culmen attingeret: tanq̃ semper incipiens aliquid inouabat/ afflictionibus carnis puniendi libidinem. Egrediens tamen exterius propter verbum euangelij cõformabat se suscipientibus ipsum in qualitate cibozum: cum tamen ad interioza regressus districte seruaret rigidam abstinentie parcitatem. Sicq̃ seipsũ austerũ sibi/humanũ proximo/ subiectus euangelio christi per omnia reddens: non solum abstinendo verum etiã mãducando prebebat edifi

cationis exemplum. Nuda humus vt frequentius lect⁹ erat lassato corpusculo: et sepius sedēs ligno vel lapide ad caput posito dormiebat. Vnica paupere cōtētus tunicula: in nuditate dño seruiebat et frigore. Interrogatus aliquando quomodo vestitu tam tenui se posset ab hyemalis algoris asperitate tueri: in spiritus feruore respondit. Si superne patrie flamma per desiderium cōtingeremur interius: frigus istud exterius facile portaremus. Vestis horrebat molliciem/ aspitatē amabat: asserens propter hoc iohānē baptistā ore diuino fuisse laudatum. Si quando vero in data sibi tunica lenitatē sentiret/ cordulis eā pterebat interius: quia non in casulis pauperum sed i palatijs pncipū (iuxta veritatis verbum) vestimentorum dicebat requirendam esse mollicie. Experiētia enim certa didicerat / demones aspe ritate terreri: delicioſis autem et mollibus ad tē tandum fortius animari. Vnde cum nocte quadā propter infirmitatem capitis et oculorum/ preter solitum morem cerui cal de pluma positum haberet ad caput: demon in illud ingressus ipsum vsq; ad horam matutinalem inquietatum multimodę a sācte oratiōis studio pturbauit: donec vocato socio puluinar cū demonio fecit extra cellulā lōgius exportari. Egressus autem cum puluinari frater de cella/ membrorum omnium vires amisit et vsum: quousq; ad vocem sancti patris hoc cognoscentis in spiritu vigor pristinus cordis et corporis sibi fuit plenarie restitutus. ¶ Rigidus in di-

sciplina super custodiam suam stabat: curam per maximam gerens de vtriusq; hominis puritate seruanda. Quapropter circa conuersionis sue primordia tempore hyemali i foueam glacie plenam seipsum plerumq; mergebat: vt et domesticum sibi hostem perfecte subigeret: et candidum vestimentum pudoris a voluptatis incendio preseruaret. Tolerabilius viro spirituali fore incomparabiliter asserebat: magnum sustinere frigus in carne / quam ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in mente. Cum autem apud heremum de sarchiano nocte quadam orationi vacaret in cellula: vocauit eum hostis antiquus tertio dicens. Francisce. francisce. francisce. Cui cum quid quereret respondisset: fallaciter ille adiunxit. Nullus est in mundo peccator: cui si conuersus fuerit non indulgeat deus. Sed quicunq; semetipsum penitentia dura necauerit misericordiam non inueniet ineternum. Statim vir dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam: quomodo nisus fuerit eum ad tepida reuocare. Nam hoc sequens indicauit euentus. Continuo enim post hoc ad insufflationem illius cuius alitus prunas ardere facit: grauis ipsum carnis tentatio apprehendit. Quam vt presensit castitatis amator: deposita veste corda cepit se verberare fortissime: eya inquiens frater asine: sic te decet manere: sic subire flagellū Tunica religiōi deseruit scitatis signaculum prefert: furari eā libidinoso

non licet. Si quo vis pergere: perge. Insuper et
mirãdo feruore spiritus animatus / aperta cella
foras exiuit in ortum: et in magnã demergens ni
uem corpusculũ iam nudatum / septem ex ea ple-
nis manibus cepit compingere massas. Quas si-
bi ꝓponẽs suo sic exteriori hoi loquebat. Ecce (in
quit) hec maior vxor tua est: quattuor iste / duo filij
et due filie: relique due seruus ⁊ ancilla / quos ad
seruiendũ habere oportet. Festina igit omns idue
re / qm frigore moriũt. Si vero eor multiplex sol-
licitudo molestat: vni dño sollicite serui. Illico tẽ-
tator victus abscessit: et vir sanctus in cellam cũ
victoria rediit: quia dum bene penaliter alsit fo-
ris / ardorẽ interius sic extinxit libidinis: vt dein-
ceps tale aliquid minime sentiret. Quidam autẽ
frater qui tunc orationi vacabat / hec oia luna cla
rius icedente prospexit. Comperto vir dei q hec
ille nocte vidisset: referans ei tentationis proces
sum / precepit vt q̃diu ipse viueret nulli viuenti
rem quam viderat propalaret. Non solum autem
mortificari debere docebat vicia carnis / et eius i
centiua frenari: verumetiã exteriores sẽsus per
quos mors intrat ad animã summa vigilantia cu-
stodiri. Mulierũ familiaritates / colloquia ⁊ aspe
ctus (q̃ multis occasio sunt ruine) sollicitus euita
ri iubebat: asserens per huiusmodi debilẽ frangi /
et fortem sepe spiritũ infirmari. Harum contagi-
onem euadere conuersantem cũ eis nisi probatis
simum virus tam facile dixit: quã (iuxta scripturã)
in igne ambulare et non comburere plantas. Si

quidē ipse adeo auerterat oculos suos ne huiusmodi vanitatem viderēt: q(sicut aliquando socio dixit)quasi nullā recognoscebat i facie. Non enī securum esse putabat earum formarum introrsus haurire imagines: que possunt aut edomite carnis resuscitare igniculum/aut pudice mentis maculare nitorem. Asserebat etiam friuoluz esse mulieris colloquium: excepta sola confessione vel instructione breuissima: iuxta quod z saluti expedit et congruit honestati. Que sunt inquit religioso cum muliere tractanda negocia: nisi cum sanctaz penitentiam/vel melioris vite consilium religiosa petitione deposcit? Ex nimia securitate minus cauetur hostis: z diabolus si de suo capillum potest habere in homine/cito excrescere facit in trabem. Ocium autem omnium malarum cogitationum sentinam docebat summopere fugiendū: exemplo demonstrans rebellem carnem et pigrā disciplinis continuis /z fructuosis laboribus esse domandam. Unde corpus suum fratrem asinum appellabat: tanq laboriosis supponendum oneribus/crebris cedendum flagellis/et vili pabulo sustentandum. Si quem vero cernebat ociosum z vagum aliorum velle māducare labores/ fratrem muscam nominandum censebat: eo q talis nihil boni faciens sed benefacta inficiens / vilem z abhominabilem se omnibus reddat. Propter quod dixit aliquando. Volo fratres meos laborare z exercitari: ne ocio dediti per illicita corde aut lingua vagentur. Euangelicum siquidem volebat a fra-

tribus obſeruari ſilentium. vt videlicet ab omni
ocioſo verbo omni tempore abſtinerent ſollicite/
tanq̃ reddituri in die iudicij de huiuſmodi ratio=
nem. Sed et ſi quẽ inueniſſet fratrem verbis aſ=
ſuetum inanibus/acriter arguebat: taciturnitatẽ
modeſtam et puri cordis affirmans cuſtodiam/ et
non modicam eſſe virtutem: pro eo q̃ mors et vita
fore dicuntur in manibus lingue/ non tam ratio=
ne guſtus q̃ ratione loquele. ¶ Licet autem pro=
ribus ad vitam auſteram fratres induceret: nõ ta
men ei placebat diſtrictionis ſeueritas/que pie=
tatis non induit viſcera: nec eſt diſcretionis ſale
condita. ¶ Cum enim quadam nocte vnus ex fratri
bus p̃ nimietate abſtinentie ad modum fame cru
ciatus nullam poſſet habere quietem/ intelligeret
q̃ pius paſtor oui ſue iminere periculum: vocauit
fratrem/ appoſuit panem: et vt ruborem illi tolle
ret/ cepit ipſe prior comedere: eũq̃ ad manducan
dum dulciter inuitare. Depoſuit frater verecundi
am/ ſumpſit cibum/ gauiſus q̃plurimuz q̃ per cir
cũſpectam condeſcenſionem paſtoris: et corporis
euaſiſſet diſpendium/ et non modicum accepiſſet
edificationis exemplum. Mane facto fratribus
conuocatis in vnum/ vir dei referens quod accide
rat nocte: prouida commonitiõe ſubiunxit Sit vo
bis fratres non cibus ſed charitas in exemplum
Docuit inſuper eos diſcretionem ſequi vt aurigã
virtutum/ non eam quam caro ſuadet ſed quã edo
cuit chriſtus: cuius ſacratiſſimam vitam expreſſũ
conſtat eſſe perfectionis exemplar. ¶ Et quoni=

am agnum sine macula crucifixum non est possibile homini carnis infirmitate circundato sic perfecte sectari quin aliquas cõtrahat sordes: ideo documento certo firmabat eos qui perfectioni vite vigilant quotidianis debere se lachrymarũ emũdare fluentis. Licet enim adeptus iam esset cordis et corporis puritatem mirabilem: non cessabat tamen lachrymax imbribus iugiter oculos expiare mentales/corporeorum luminum non ponderando iacturam. Cum enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurrisset grauissimam/suadente sibi medico quod abstineret a lachrymis si corporei visus cecitatem vellet effugere: vir sanctus respondit. Non est frater medice ob amorem luminis quod habemus commune cum muscis/ visitatio lucis eterne repellenda vel modicum: qa non spiritus propter carnẽ/sed caro propter spm beneficiũ lucis accepit. Malebat siquidem corporalis visus lumen amittere: q̃ lachrymas quibus oculus mũdatur interior vt deũ videre valeãt/repressa deuotiõe spũs impedire. Cũ aũt semel darẽt consiliũ a medicis et instanter suaderetur a fratribus/vt patereꝰ sibi per remediũ subueniri cocture/humiliter vir dei assensit: quia salutiferum hoc simul et asperũ esse cernebat. Vocatus itaq; venit cyrurgicus: instrumẽtum ferreum igni submittẽs ad faciẽdum cocturam. At xpi seruus/corpus iam horrore concussum confortans: sicut amicũ cepit ignẽ alloqui dicẽs. Mi frater ignis ceteris rebꝰ emulãdi decoris/virtuosum/ pulchrum/t

vtilem te creauit altissimus: esto michi in hac hora propicius: esto curialis precor magnũ dominũ qui te creauit/ vt tuũ michi calorem tẽperet: quo suauiter vriantem valeam sustinere. Oratione finita/ contra igne candescens ferreum instrumentum signum crucis edidit: ac deinceps intrepid⁹ persistebat. Profundatum est crepitans ferrum i tenera carne: et ab aurevsq; ad supercilium coctura protracta. Quantum irrogauerit ignis ille dolorem: vir ipse sanctus expressit. Laudate (inquit ad fratres) altissimum: quia vere dico vobis/ nec ignis ardorem sensi/ nec carnis vllum dolorẽ. Et conuersus ad medicum/ si non est (inquit) caro bene decocta: imprime iterum. Expertus medicus i inualida carne virtutem spiritus tam potentem/ miratus est: et diuinũ hoc miraculuz extulit dicẽs Dico vobis fratres: vidi mirabile hodie. Quia ei ad tantam peruenerat puritatem: vt caro spiritui et spiritus deo armonia mirabili concordarent: diuina ordinatione fiebat/ vt creatura factori suo deseruiens voluntati z imperio eius mirabiliter subiaceret. Alio enim tempore apud heremũ sanctivrbani seruo dei egritudine grauissima laborãte/ cum ipse nature defectũ sentiens vini poculuz postulasset/ nichilq; de vino qđ sibi dari posset responderetur adesse: iussit aquam afferri/ z allatã signo crucis edito benedixit. Mox vinum efficitur optimum quod fuerat aqua pura: et quod deserti loci paupertas non potuit/ viri sancti puritas impetrauit. Ad eius gustũ tanta protinus facilitate

cõualuit: vt saporis nouitas/ ⁊ ĩnouatio sanitatꝫ/ gustabile ac gustantem supernaturaliter innouã-tes: ꝑfectã in ipso expoliationem veteris homi-nis/ et induitionem noui/ duplici attestatione fir-marent. Non solum creatura seruo dei seruiebat ad nutũ: sed et creatoris vbiqꝫ prouidentia cõde-scẽdebat ad placitum. Cum enim tempore quodã ex multarum infirmitatũ concursu aggrauato cor-pore/ ad iocunditatem spiritus excitandã alicui⁹ audiẽdi soni armonici desiderium habuisset: nec id honestatis decẽtia ꝑ ministeriũ fieri pateretur humanũ: affuit ãgelorũ obsequiũ ad viri sãcti pla-citũ adimplẽdũ. Nocte etenĩ quadã vigilãte ipso ⁊ meditãte de dño: repẽte insonuit cythara quedã armonie mirabilis et suauissĩe melodie. Nõ vide-bat aliq̃s: sed transitũ ⁊ reditũ cytharedi/ ipa hic inde audit⁹ volubilitas ĩnuebat. Spiritu ĩ deum directo tãta fuit in illo dulcisono carmĩe suauita-te ꝑfruitus: vt aliud se putaret seculum cõmutas-se. Hoc ⁊ fr̃es sibi familiares nõ latuit: q̃ per cer-ta frequẽter cõspiciebãt ĩdicia/ eũ tã excessiuis ⁊ crebris cõsolationibus a dño visitari: vt nec ipas oĩno occultare valeret. Alio quoqꝫ tempore/ viro dei ꝑdicationis causa inter lõbardiã ⁊ marchiam teruisinã iter agẽte cũ fratre socio iuxta padum: tenebrosa noctis supuenit obscuritas. Cũqꝫ via esset exposita periculis magnis ⁊ multis ꝓpter te-nebras/ fluuiũ/ ⁊ paludes: dixit soci⁹ ad virũ sãctũ Ora pater vt de instantibus periculis liberemur Cui vir dei cum fiducia multa respondit. Potens

est deus si placet sue dulcedini tenebrarum effugata caligine/beneficium nobis impẽdere lucis. Vix sermonem cõpleuerat/et ecce tanta lux ilico cepit circa eos superna radiare ꝑtute: vt nocte alias existente obscura /ip si luce clara viderent nõ solum viam verumetiã plurima circunquaqꝫ. Cuius lucis ducatu corporaliter directi ꝛ spiãliter confortati: vsqꝫ ad locum hospitii per non modicum vie spacium/cum diuinis hymnis et laudibus incolumes peruenerũt. Perpende qꝫmirande fuerit vir iste mundicie qꝫteqꝫ virtutis: ad cui⁹ nutum/suum ignis ardorem cõtemperat/aqua saporem cõmutat/ angelica prebet melodia solatium/et lux diuina ducatum: vt sic sanctificatis viri sancti sensibus /omnis probetur mundi machina deseruire.

¶ De hũilitate ꝛ obedientia: et de cõdescẽsionibus diuinis sibi factis ad nutum. ¶ Ca. vi.

OMnium virtutũ custos et decor hũilitas: copiosa virũ dei vbertate repleuerat. In propria quidẽ reputatione nichil erat nisi peccator: cum in veritate speculũ esset et splendor omnimode sanctitatis. Sup hãc studuit edificare setpsũ: vt sapiens architectus fundamentũ preiacẽs qđ a xp̃o didicerat Dicebat propter hoc filium dei de altitudine sin⁹ paterni ad nostra despicabilia descẽdisse: vt tã exẽplo qꝫ verbo dñs et magister humilitatem doceret. Propter quod studebat tanqꝫ

xpi discipulus in oculis suis et aliorũ vilescere: a summo dictum esse magistro commemorans. Qđ altum est apud homines: abominatio est apud deum. Sed et verbum hoc dicere solitus erat. Quãtum homo est in oculis dei: tantum est et non plꝰ. Stultum proinde iudicans mundanis extolli fauoribus: gaudebat de opprobriis et de laudibus tristabatur. Malebat quidem de se vituperiũ audire q̃ laudẽ: sciens q̃ hoc ad se emẽdãdũ iduceret: illa impelleret ad cadendũ. Et ideo sepe cum populi merita in eo sanctitatis extollerẽt: precipiebat alicui fratri/vt in contrarium verba ipsuz vilificantia suis auribus inculcãdo proferret. Cũ q̃ frater ille licet inuitus eum rusticum et mercẽnarium/imperitum et inutilem diceret: exhilaratus tã mente q̃ facie respõdebat. Benedicat tibi dñs fili charissime: quia tu verissima loqueris / et talia filium petri bernardonis decet audire. Ut autẽ se ceteris despicabilem redderet: nõ parcebat rubori/quin in predicatione coram omni populo proprios manifestaret defectꝰ. Accidit semel vt infirmitate grauatus/rigorem abstinentie pro recuperanda sanitate modicum relaxasset. Viribus autem corporis vtcũq̃ resũptis: verus sui cõtemptor ad proprie carnis animatus opprobriũ/nõ est iquit cõueniẽs vt populus abstinẽtẽ me credat/ergo e cõtrario carnaliter reficiar in occulto. Surrexit ꝓpterea sctẽ hũilitatis spũ ifl̃amat⁹: et i platea ciuitatz assisij populo cõuocato solẽnit cũ fribus mltis quos secũ adduxerat maiorẽ itroiuit

ecclesiam: funecq; ad collum ligato nudum cũ fe-
moralibus solis in oculis omniũ se trahi precepit
vsq; ad lapidem/in quo malefactores puniẽdi cõ
sueuerãt collocari. Super quem conscendens/li
cet quartanus esset et debilis/acerbi frigoris tẽ-
pore cum multo vigore animi predicauit: audien-
tibusq; cunctis asseruit se non tanq; spiritualem
honorandum fore: quinimo tanq; carnalem ⁊ glu-
tonem ab omnibus contemnẽdum. Igitur qui cõ-
uenerant tam ingenti viso spectaculo admirati
sunt: et quia ipsius austeritatem iam nouerãt: de-
uoto corde compuncti/humilitatẽ huiusmodi ma-
gis admirabilem q; imitabilem proclamabãt. Li
cet autem id magis videatur portentum fuisse in
star prophetalis vaticinii q; exemplum: tamẽ ve-
re documentum extitit humilitatis perfecte: quo
christi sectatores instruitur transitorie laudis preco
nium debere contemnere/ tumentis quoq; iactã
tie comprimere fastum/ et fraudulente simulatio
nis mendacium confutare. Multa quidem in hũc
modum sepius faciebat: vt exteri⁹ tanq; vas per-
ditum fieret: et sanctificationis spiritum interi-
us possideret. Studebat bona domini sui archa-
no pectoris condere nolens patere glorie q; pos
set occasio esse ruine. Nam sepe cum beatificare
tur a pluribus: verbum huiuscemodi proferebat.
Filios et filias adhuc habere possum: nolite lau-
dare nõdum securum. Nemo laudãdus: cuius in-
certus est exitus. Ista quidem laudantibus/ad se
autem sic. Patroni si tanta cõtulisset altissimus:

gratior te foret franciſce. Dicebat fratribus ſepe De omni eo qđ peccator poteſt: nemo ſibi debet i- iquo applauſu blādiri. Peccator ait ieiunare po- teſt/ora: e/plangere/carnēq; propriam macerare Hoc ſolum non poteſt: domino ſcilicet ſuo eſſe fi- delis. In hoc itaq; gloriandū ſi ſuam domino glo riam reddimus: ſi fideliter ſeruientes/ipſi quicqd donat aſcribimus. ¶ Ut autem pluribus modis negociator hic euangelicus lucraretur/ac totum preſens tempus conflaret in meritum: non tam preeſſe voluit q̄ ſubeſſe/nec tam precipere q̄ pa rer e Idcirco generali cedens officio: gardianum petiſt: cuius voluntati per omnia ſubiaceret. Tā enim vberem aſſerebat ſancte obedientie fructū: vt eis qui iugo ipſius colla ſubmitterent nil tem- poris ſine lucro tranſiret. Unde et fratri cum quo erat ſolitus ire/ſemper obedientiam promittere conſueuerat et ſeruare. Dixit aliquando ſocijs. Inter alia q̄ dignāter pietas michi diuia cōceſſit hāc gr̄am cōtulit: qđ ita diligēter nouicio vni⁹ ho re obedirē ſi mihi gardian⁹ dare t/ſicut antiquiſſi mo r diſcretiſſimo fratri. Subditus inquit prela- tum ſuum non hominem conſiderare debet: ſed il- lum pro cuius eſt amore ſubiectus. Quanto autē contemptibilior preſidet: tanto magis humilitas obedientis placet. Cum vero vice quadam quere retur ab eo quis eſſet vere obediens iudicandus/ corporis mortui ſimilitudinem pro exemplo pro- poſuit. Tolle inquit corpus examine: et vbi pla- cuerit pone. Videbis non repugnare motum: non

murmurare ſitum: non reclamare dimiſſum.
Quod ſi ſtatuatur in cathedra/ non alta ſed ima reſpiciet. Si collocetur in purpura: duplo pallescet. Hic (ait) verus obediens eſt: qui cur moueatur nō diiudicat/ vbi locetur nō curat vt tranſmutetur non inſtat/ euectus ad officium/ ſolitam tenet humilitatem: plus honoratus/ plus reputat ſe indignum. Dixit aliquando ſocio ſuo. Non michi videor frater minor: niſi fuero in ſtatu quem tibi deſcripſero. Ecce prelatus exiſtens fratrum: vado ad capitulum/ predico et commoneo fratres: et in fine dicitur contra me. Non conuenis nobis: quia illiteratus es/ elinguis/ idiota/ et ſimplex. Tandem eiſcior: cum opprobrio: vilipenſus ab omnibus. Dico tibi niſi eodem vultu/ eadem mentis leticia/ et eodem ſanctitatis propoſito hec verba audiero: frater minor nequaq̄ ſum. Et addebat. In prelatione caſus/ in laude precipiciū: in humilitate ſubditi anime lucrum eſt. Cur ergo periculis plus q̄ lucris attendimus/ cum acceperimus tempus ad lucrum? Hac igitur de cauſa humilitatis forma franciſcus fratres ſuos voluit vocari minores/ et prelatos ſui ordinis dici miniſtros: vt et verbis vteretur euangelij quod obſeruare promiſerat: et ex ipſo nominare diſcerēt diſcipuli eius q̄ ad diſcendam humilitatem ad ſcolas humilis chriſti veniſſent. Magiſter ſiquidem humilitatis chriſtus ieſus: vt informaret diſcipulos ad humilitatem perfectam dixit. Quicunq̄ voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter mi-

nister. Et quicumq; voluerit inter vos primus es se: erit vester seruus. Cum autem requireret ab eo dominus hostiensis ordinis minorum fratrum protector et promotor precipuus: qui postmodum iuxta quod idem vir sanctus predixerat/ ad summi pontificatus sublimatus honorem gregorius nonus est dictus: vtrum sibi placeret q̄ fratres sui p̄mouerent ad ecclesiasticas dignitates. Respondit Domine/ minores ideo vocati sunt fratres mei: vt maiores fieri non presumant. Si vultis ait vt fructum faciant in ecclesia dei: tenete illos et conseruate in statu vocationis eorum/ et ad prelationes ecclesiasticas nullatenus ascendere permittatis. Et quoniam humilitatem tam in se q̄ in subditis/ cūctis preferebat honorib⁹: amator humilium deus altioribus ipsum dignum iudicabat fastigijs/ secundum quod vni fratri viro virtutis et deuotionis precipue/ visio celitus ostensa monstrauit. Cum enim esset in comitatu viri dei/ et vna cum ipso in quadam ecclesia deserta feruenti oraret affectu: in extasi factus vidit inter multas in celo sedes vnam ceteris digniorem precioſis ornatam lapidibus/ et omni gloria refulgentem. Miratus intra se precelsi refulgentiam throni: anxia cepit cogitatione perquirere/ quis ad illum deberet assumi. Audiuit inter hec vocem dicentem sibi. Sedes ista vnius de ruentibus fuit: et nūc humili seruatur frācisco. Reuers⁹ demū frater ad se ab oīois excessu: viz beq

tum exterius prodeuntem solito fuit more sequutus. Cunq; incedentes per viam de deo inuicem loquerētur: frater illi visionis sue non immemor/ solerter ab eo quesiuit: quid de seipso sētiret. Ad quē humilis xpi seruꝰ: videor (ait) michi maximꝰ peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerso/ q̄ hoc nec posset sana conscientia dicere nec sentire: adiunxit. Si q̄tumcunq; sceleratum hominem tanta fuisset christus mia ꝓsequutus: arbitror sane q̄ multo q̄ ego deo gratior esset. Confirmatꝰ fuit frater ex tam admirabilis humilitatis auditu: de veritate visionis ostēse: euangelio sacro testante cognoscēs/ q̄ ad excellentiā glorie de qua superbus eiciturvere humilis exaltetur. ¶ Alio quoq; tempore cum in deserta quadam oraret ecclesia in prouincia masse apud montem casalem: intellexit per spiritū sacras ibidē remansisse reliquias. Quas cum longo iam tempore defraudatas honorificētia debita nō sine merore conspiceret: precepit fratribus vt eas cum reuerentia deferrent ad longum. Sed cum poscente causa discessissent ab eis: mādati patris immemores filij/ obedientie meritum neglexerunt. Die vero quadam cū sacra celebrare vellent misteria/ superiori altaris operimēto submoto ossa pulcherrima et redolentia nimis nō sine admiratione reperiūt: ituentes reliquias quas nō hominis manus sed dei virtus attulerat. Reuersus paulopost vir deo deuotus: diligēter cepit exq̄rere si qō de reliquijs mandauerat esset ipletū. Verū neglecte obediē-

tie culpam fratres confitentes humiliter: cum pe
na veniam meruerunt. Et ait vir sanctus. Bene
dictus dominus deus meus: qui per seipsum im
pleuit quod vos facere debuistis. Cōsidera dili
genter diuine prouidentie curam circa puluerem
nostrum: et humilis francisci excellētem in ocl'is
dei perpende virtutem. Nam cuius iussis nō pa
ruit homo: votis obediuit deus. Quodam tempo
re deueniēs ymolā/ciuitatis episcopū adijt: hūili
terq; poposcit/vt cū ipsius bñplacito posset popu
lū ad predicationem vocare. Cui episcopus dure
respōdēs: sufficit (inqt) frater q ego predicē popu
lo meo. Inclinauit caput verus hūilis r foras e
gressus: post modicam horā regredit itro. A quo
cū epūs quasi turbat⁹ req̄reret q̄d iterato petere
vellet: hūili tam corde q̄z voce respōdit. Dñe/si pa
ter filium vno pepulerit hostio: alio sibi reintran
dum est. Humilitate victus episcopus: alacri vul
tu eum amplexatus est dicens. Tu et oēs fratres
tui decetero in episcopatu meo generali mea licē
tia predicetis: quia illud humilitas sancta prome
ruit. ¶ Contigit ipsum aliquando aretium deue
nire. cum tota ciuitas intestino bello quassata/p
pinquū sui minabatur excidium. Hospitatus vero
in suburbio/vidit super ciuitatem exultantes de
mones: ac perturbatos ciues ad cedem mutuam
succendentes. Ut autem seditiosas illas effuga
ret aereas potestates: fratrem siluestrum colum
bine simplicitatis virum quasi preconem premisit
dicēs. Vade ante portā ciuitatis/r ex pte dei oīni

potētis demonibus ī virtute obedientie precipe: vt exeant festinanter. Acceleratverus obediens patris iussa perficere: et preoccupans in laudib⁹ faciem domini/ante portam ciuitatis cepit clamare valenter. Ex parte omnipotentis dei et iussu serui eius francisci: procul hinc discedite demones vniuersi. Redit ad pacem continuo ciuitas: ⁊ ciuilitatis in se iura ciues omnes cum magna trāquillitate reformant. Expulsa quippe demonum furibunda superbia/que ciuitatem illam velut obsidione vallauerat: superueniens sapientia pauperis/videlicet francisci humilitas: pacem reddidit/urbemq; saluauit. Humilis enim obedientie ardua promerente virtute/super spiritus illos rebelles atq; proteruos tam potestatiuū fuerat assequutus imperium: vt et ipsorum feroces proteruias premeret/et importunas violentias propulsaret. Fugiunt quidem superbi demones excelsas virtutes humilium: nisi cum interdū ad humilitatis custodiam diuina eos clementia colaphisari permittit. Sicut ⁊ paulus apostolus de seipso scribit: et franciscus experimento probauit. Rogatus enim a domino leone cardinali sancte crucis/vt secum aliquantulum moraretur ī urbe: acquieuit humiliter ob ipsius reuerentiam et amorem. Prima igitur nocte cum post orationem vellet quiescere: superuenerunt demones ī christi militem atrociter insurgentes. Quem cuz diu verberassent ac dure: adultimū quasi semineccm reliquerunt. Discedentibus illis: socius vocatus

aduenit. Cui cum vir dei rei narrasset euentum: subiungens ait. Credo frater q demones qui nichil possunt nisi quātum prouidentia superna dispōnit: ideo in me nunc tam ferociter irruerunt: quia non bonam speciem prefert mansio mea in curia magnatorum. Fratres mei qui in locis pauperculis commorantur audientes me cū cardinalibus esse: suspicabunt forsitan implicari mundanis/efferri honorib9/et deliciis abundare. Ideo melius iudico eū qui ponit in exemplū fugere curias/et humiliter inter humiles in locis cōuersari humilib9: vt sustinentes penuriam fortes efficiat/similia sustinēdo. Veniūt ergo mane et humili excusatiōe proposita: vale faciunt cardinali. Abhorrebat nēpe vir sctūs superbiā omniū malorum originē/et inobediētiā ipsius pessimā prolē: sz nō minus humilitatē penitētie acceptabat. Accidit semel vt eidē presentaretur quidā frater q̄ cōtra legē obedientie aliq̄d fecerat: disciplina iusticie corrigendus. Videns aūt vir dei fratrem illū p signa euidentia veraciter esse compunctum/ad indulgendum ei amore fuit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas venie incentiuum esset aliis delinquendi/iussit ablatū fratri caputium in medium flammarū pisci: vt oēs aduerterent quanta qualiqz vidicta offensa sit inobediētie pcellenda Cumqz per moram caputiū fuisset i medio ignis: pcepit ipsū flāmis detrahi/reddiqz fratri humilit penitēti. Mirabile dictu Extrahit caputiū de medio flāmarum: nullū habēs adustionis vestigium

Sicq̃ factum est vt hoc vno deus miraculo: ⁊ sanctiviri virtutem/et humilitatem penitentie ꝯmẽdaret. Digne itaq̃ sectanda est francisci humilitas/que tam mirã in terris etiam dignitatem obtinuit: vt deum inclinaret ad votum / et hominis mutaret affectum / demonum proteruitatem suo iussu propelleret: et flammarum voracitatem solo nutu refrenaret. Reuera hec est que possessores suos exaltãs: dum omnibus reuerentiã exhibet/ab omnibus promeretur honorem.

¶ De amore paupertatis et mira suppletione defectuum. Capitulum septimum.

Inter cetera charismatum dona que a largo datore frãciscus obtinuit: prerogatiua quadã speciali promeruit in diuitias simplicitatis excrescere/ per altissime paupertatis amorem. Hanc filio dei vir sanctus familiarem attẽdẽs: et iã quasi toto orbe repulsã/charitate sic studuit desponsare perpetua: quod nõ solum pro ea patrem matrẽq̃ reliquit: verumetiam que habere potuit vniuersa dispersit. Nemo tam auri q̃ ipse cupidus paup̃tatis. Nec thesauri custodiendi sollicitior vllus: q̃ iste huius euangelice margarite. In hoc precipue suus offendebatur aspectus: si quicq̃ videret in fratribus: quod paupertati non per omnia consonaret. Reuera ipse a principio religionis vsq̃ ad mortem/tunica/cordula/et femoralibus diues: his contentus fuit. Christi iesu paupertatẽ et matris frequenter cum lachrymis reuocabat

ad mentem: inde hanc virtutem asserens esse reginam/ quia in rege regum et in regina matre ipsius tam prestanter effulsit. Nam et fratribus in conclaui querentibus/ que virtus magis amicum redderet christo: quasi secretum sui cordis aperiens respondebat. Paupertatem noueritis fratres specialem viam esse salutis/ tanq̃ humilitatis fomentum perfectionisq; radicem: cuius ē fructus multiplex sed occultus. Hec enim est euangelici agri thesaurus absconditus/ pro quo emendo vendēda sunt omnia: et que vendi non possūt/ illius cōparatione spernenda. Ad huius inquit culmen qui cupit attingere/ non solum mundane prudentie: verumetiam litterarum peritie renunciare quodammodo debet: vt tali exproprīat9 possessione introeat in potentias domini/ et nudum se offerat brachijs crucifixi. Hequaq̃ enim seculo perfecte renunciat: qui proprij sensus loculos intra cordis archana reseruat Sepe vero de paupertate sermonem faciens: ingerebat fratribus euangelicum illud. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habz vbi caput suum reclinet. Propter quod docebat fratres: vt pauperū more pauperculas casas erigerent: quas non inhabitarent vt proprias/ sed sicut peregrini z aduene alienas Leges nāq; peregrinorum esse dicebat/ sub alieno colligi tecto: sitire ad patriam/ pacifice pertransire. Mandabat dirui aliquando domos erectas/ aut fratres exinde amoueri: si aliquid in eis perciperet/ quod ra-

tione appropriationis vel sumptuositatis cōtrarium esset euangelice paupertati. Hanc sui dicebat ordinis fundamentū: cui substrato primarie/ sic oīs structura religionis innittitur: vt ipsius firmitate firmetur/ et euersione funditus euertatur. Docebat proinde sicut reuelatione didicerat: sacre religionis ingressum ab illo fore inchoandum euangelicoverbo. Si vis perfectus esse: vade vē de omnia que habes et da pauperib⁹. Ideoq; nō nisi expropriatos ⁊ nichil penitus retinentes admittebat ad ordinē: tum ppter verbū sancti euangelij/ tum etiā ne foret in scandalum loculi reseruati. Unde in marchia anchonitana cuidam petēti ad ordinē recipi: verus pauperum patriarcha respondit. Si vis christi pauperibus iungi: mundi paupibus tua distribue. Quo audito perrexit homo/ et ductus amore carnali/ sua suis reliquit: nil q; pauperibus. Uerum cum hec illo referente vir sanctus audisset: dura eum increpatione feriens dixit. Uade viam tuam frater musca: quoniam nō dum existi de domo ⁊ cognatione tua. Consanguineis tuis tua dedisti et defraudasti pauperes: dignus nō es pauperib⁹ sanctis. Incepisti a carne: ruinosū fundamētū spirituali fabrice collocasti. Redijt animalis homo ad suos et repetijt sua: q̄ pauperibus relinquere nolēs virtutis propositū citius dereliquit. Alio quoq; tempore cum i loco sancte marie de portiūcula tāta esset copia q; nō posset hospitib⁹ fratribus superuenientib⁹ secundum necessitatis exigētiam prouideri/ adijt virū

dei vicarius suus allegans penuriam fratrū ⁊ petens vt intrantium nouiciorum res aliquas reseruare liceret: ad quas expendendas recurrere possent fratres tempore opportuno. Ad quem vir superni consilij non ignarus/absit (inquit) a nobis frater charissime: vt pro quouis homie impie agamus in regulam. Malo te altare virginis gloriose nudare cū necessitas id requirit: q̄ contra paupertatis votum et obseruantiam euangelij/aliqd vel modicum attentare. Gratius enim habebit virgo beata/ sancti euangelij perfecte seruato cōsilio suum altare detegi: q̄ altari vestito filij sui p̄ missum consilium pretermitti. ¶ Transiens autem quodam tempore vir dei cum socio per apuliam iuxta barum/inuenit ī via bursam magnā quasi plena esset denarijs tumescentem: quam vsita tovocabulo fundam appellant. Monetur a socio pauper christi et instanter inducitur/vt bursa tollatur e terra: ⁊ pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo dei/ commentum affirmans fore diaboli in bursa inuenta: et fratrem non suadere rē meriti sed peccati /aliena scilicet surripere ac donare. Recedūt de loco: festināt iter perficere ceptū. Sed nondum quiescit frater vacua pietate delusus/virum dei molestans: quasi qui de releuanda pauperū penuria non curaret. Acquieuit tandez vir mitis redire ad locum/non vt fratris voluntatē p̄ficeret: sed vt detegeret diabolicā fraudē. Reuers⁹ ergo ad fundā cū fratre et iuuene quodā qui erat in via: oratione p̄missa iubet socio illam le-

uare. Tremefactus frater obstupuit: diabolicum iam presentiens monstrum. Propter obedientie tamen sancte mandatum/dubietatem abigēs cor dis: manum extendit ad bursam. Et ecce serpens non modicus de bursa exiliens/simulq; cum ipsa subito euanescens: diabolicam deceptionem fratri monstrauit. Hostilis itaq; versutie deprehensa fallacia: dixit vir sanctus ad socium. Pecunia seruis dei o frater nichil aliud est: q̄ diabolus et coluber venenosus. Accidit post hec quiddam mirabile viro sancto: dum se ad ciuitatem senensem causa exigente transferret. Tres quidem mulieres paupercule/statura/etate/ac facie per omnia similes: in quadam ei magna planicie inter campilium et sanctum quiricum occurrerunt / nouum salutationis munusculum offerentes. Bene veni at(inquiunt)domina paupertas. Quo audito/verus paupertatis amator indicibili repletus ē gaudio: vtpote qui nichil in se salutandum hominib⁹ tam libenter haberet / q̄ quod ille decreuerant. Subito disparētibus illis considerantes fratres socij: tam admirabilem in eis/similitudinis/salutationis/occursus/et disparentie nouitatem misticū aliquid designari circa virum sanctū non irrationabiliter perpenderunt. Sane per illas tres (vt videbatur)mulieres pauperculas sic vniformi facie occurrētes sic salutātes isolite/sic subito disparētes/ euāgelice pfectōis formositas/q̄tū ad castitatē sc̄z/obediētiā et pauptatē / satis ꝓuenienter ostēdit in viro dei pari forma pfecte fulsisse: lz

gloriari preelegerit in priuileglo paupertatis/q̄ modo matrem/modo spōsam/modo dominam nominare solebat. In hac ceteros cupiebat excedere: qui ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quando pauperiorem se quempiā secūdum exteriorem habitum cerneret semetipsū protinus arguens excitabat ad simile: tanq̄ si emula paupertate concertās/vinci se timeret in illo. Accidit enim: vt pauperculum quendam obuium haberet in via. Cuius cum nuditatem aspiceret: compunctus corde/lamentabili voce dixit ad socium. Magnam verecundiam intulit nobis huius inopia: quia nos pro magnis diuitijs paupertatē elegimus/et ecce magis relucet in isto. ¶ Propter sancte paupertatis amorem/ omnipotentis dei famulus elemosinis hostiatim quesitis vtebatur multo libentius q̄ oblatis. Si quando enim inuitatus a magnis personis/mensis esset profusioribus honorandus: prius per propinquas vicinorum domos panum fragmēta petebat: ac deinde sic ditatus inopia discumbebat. Et cum aliquādo id feciſſet inuitatus a domino hostiensi/qui pauperem christi precipuo complexabatur affectu: cōquerenti episcopo quod suo derogasset honori/vt pote qui in eius comesturus hospitio pro elemosinis isset: seruus dei respondit. Magnum mi domine vobis honorem exhibui: dum maiorem dominum honorauī Siquidem beneplacitum est domino in paupertate: et ea maxime que voluntaria p̄ christo mendicitas est. Hanc dignitatem regalem

quam pro nobis dominus ieſus egenus factus aſſumpſit/vt ſua nos ditaret inopia: ac vere pauperes ſpiritu regni celorum reges inſtitueret et heredes/ nolo relinquere pro feodo diuitiarum falſarum/nobis ad horam conceſſo. Nonnunq̄ fratres ad petendum elemoſinam hortans: verbis vtebatur huiuſmodi. Ite inquit/quoniam hac nouiſſima hora fratres minores commodati ſunt mundo: vt electi in eis impleant vnde a iudice commendentur/illud audientes ſuauiſſimum verbum. Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis: michi feciſtis. Jocundum proinde dicebat/ſub fratrum minorum titulo mendicare: quez in retributione iuſtorum euangelice veritatis magiſter ore ſuo tam ſignanter expreſſit In feſtis quoq̄ precipuis vbi oportunitas aderat mendicare ſolitus erat: dicens in ſanctis pauperibus prophecticum illud impleri. Panem angelorum manducauit homo Illum ſane panem angelicum eſſe dicebat: quem pro dei petitum amore/et beatis ſuggerentibus angelis/pro ipſius charitate largitum ſancta paupertas colligit hoſtiatim. Unde cum ſemel die ſancto paſche moram faceret in heremitorio quodam adeo ab hominum habitatiõe remoto/q̄ commode mendicare non poſſet: memor illius qui diſcipulis euntibus in emaus ipſo die in ſpecie peregrini apparuit/ab ipſis fratribus elemoſinam petiſt vt peregrinus et pauper. Quam cum accepiſſet humiliter/ſacris eos informauit eloquijs q̄ tranſeuntes per mundi deſer

tum tanq̃ peregrini et aduene vericꝫ hebrei/pa-
scha domini hoc est transitum ex hoc mundo ad pa
trem/in paupertate spiritus continue celebrarēt
Et quoniam in petendis elemosinis non questus
agebatur cupidine sed spiritus libertate: pater
pauperum deus specialem de ipso curam gerere
videbatur. Accidit enim semel vt infirmitate gra
uatus domini seruus in loco nocerie/reduceretur
assisium per solemnes nuncios/ad hoc assisinatis
populi deuotione transmissos. Qui christi famu-
lum deducentes/ad villam quandam deuenerūt
pauperculam nomie sathrianum: vbi cum fames
et hora cibum expeterent/euntes et nichil inue-
nientes venale vacui redierunt. Ad quos vir sā-
ctus Ideo nichil inueniſtis quia plus in ¦ muscis
vestris q̃ in deo confiditis. Muscas nempe dena
rios vocauit. Sed reuertimini(ait)p domos quas
circuistis: z amorem dei offerentes pro precio/ hu
militer elemosinam postulate. Nec falsa id esti-
matione verecundum putetis aut vile: quoniam
vniuersa in elemosinam post peccatum dignis et
indignis elemosinarius ille magnus largiflua pi
etate concessit. Deponunt erubescētiam milites:
et elemosinā sponte petentes/plura pro dei amo
re q̃ denariis emunt. Siquidem diuino nutu cor-
de cōpuncti pauperes incole: non solū sua sed et
seipos liberaliť obtulerūt Sicꝫ factū ē/vt iopia
quā pecunia releuare nō poterat: frācisci paupi-
es opulēta suppleret. ¶ Tēpore q̃ infirm⁹ iacebat
i heremitorio ppe reate: medic⁹ q̃dā oportuno eū

frequentabat officio. Cum autem xpi pauper impotens esset ad rependendam mercedem laboris condignam: liberalissimus deus (ne ipsum sine presenti remuneratione dimitteret) pium eius obsequium hoc vno beneficio vice pauperis compensauit. Huius enim medici domus quam tunc temporis ex omni lucro suo de nouo cõstruxerat/pariete patula scissione a summo vsq; deorsum adeo de proximo minabatur ruinam: q; nõ videbatur per humane artis industriam possibile ipsius casui obuiari. Ipse vero de sancti viri meritis plene cõfidens/cum magne fidei deuotione petiuit a socijs eius aliquid sibi concedi/qõ idem vir dei manibus contrectasset. Cum igitur modicum de capillis ipsius multa precum obtentum instantia posuisset de sero intra muri scissuram: mane consurgens tanta inuenit aperturam illã soliditate conclusam/vt nec reliquias ibi positas posset extrahere: nec scissure prioris vestigium aliquod inuenire. Factumq; est vt qui ruinoso corpusculo serui dei sedule ministrarat: ruiture domus ppie periculo precaueret. Alio quoq; tempore vir dei ad quandam heremum transferre se volens/vt ibi liberius contemplationi vacaret: quia debilis erat cuiusdam viri pauperis vectabatur asello. Cumq; diebus estiuis famulum xpi sequẽdo vir ille mõtana conscenderet: asperioris & longioris vie itinere fatigatus/nimioq; sitis ardore deficiẽs/instanter cepit clamare post sanctum. En morior (inquit) siti: nisi poculi alicuius beneficio cõtinuo re

fociller. Absq; mora vir dei prosiliuit de asino: r fixis in terra genibus palmas tetendit in celum/ orare non cessans donec se intellexit auditum. Oratione tandem finita/festina iquit viro ad petram: illinc aquam viuam inuenies quam tibi hac hora misericorditer xpus de lapide bibendam produxit. Stupenda dei dignatio: que seruis suis tã facile se inclinat. Bibit sitiens homo aquã de petra orãtis virtute productã: et poculum hausit de saxo durissimo. Aque decursus ibidem ante non fuit: nec (vt est diligenter quesitum) deinceps potuit inueniri. Qualiter autem per merita sui pauperis xps multiplicauerit cibos in mari (cum suo loco sit inferius annotandum) hoc tantum cõmemorasse sufficiat q de modica elemosina sibi collata/nautas a famis r mortis periculo per dies plurimos liberauit: vt ex hoc liquido possit aduerti/ q omnipotẽtis dei famulus sicut in eductione aque de petra conformis extitit moysi: sic in multiplicatiõe victualium heliseo. Procul igitur a pauperibus christi diffidentia omnis abscedat. Si enim paupertas francisci adeo copiose sufficientie fuit/vt subuenientium sibi defectus tam mira virtute suppleret: q nec cibus nec potus nec domus deesset/cum pecunie et artis et nature facultas defecerat: multomagis illa merebitur/ que vsitato diuine prouidentie ordine communiter cõceduntur. Si inq; petre siccitas ad pauperis vocem abundans poculum sitienti propinauit pauperculo: nil iam inter omnia suum denegabit obsequi

um/hīs qui pro auctore oīm omnia reliquerunt.

¶ De pietatis affectu : et quomodo ratiōe carentia videbantur ad ipsum affici. ¶ Capi. viij.

DIetas vera que scōm apostolū ad oia valet/adeo cor franciſci repleuerat ac penetrauerat viscera: vt totum videretur virum dei in suū dominiū vendi casse. Hec est que ipsum per deuotionem sursum agebat in deū : per compassionē trās formabat in xp̄m : per condescensionem inclinabat ad proximum: et per vniuersalem conciliationem ad singula refigurabat ad innocentie statum ¶ Cumq; per hanc pie moueretur ad omnia: specialiter tamen animas christi iesu sanguine pretioso redemptas cum cerneret inquinari aliqua sorde peccati /tanta miserationis teneritudine deplorabat: vt eas tanq̄ mater in xp̄o quotidie parturiret. ¶ Et hec penes ipsum causa precipua venerandi verbi dei ministros: q; semen fratri suo defūcto/xp̄o videlicet p peccatoribus crucifixo : per ipsorum conuersionem/et pia sollicitudine susci tent: et sollicita pietate gubernent. Istiusmodi miserationis officium patri misericordiarū omni sacrificio firmabat acceptius: maxime si studio fuerit perfecte charitatis impensum: vt ad id laboretur magis exēplo q̄s verbo/magis lachrimosa prece q̄s loquaci sermone. ¶ plangēdum proinde docebat predicatorem tanq̄ vera pietate priuatum: si ue qui in predicatione non animarum querit salu

tē sed propriam laudem: siue qui prauitate destru
it vite/quod edificat veritate doctrine. Preferē-
dum huic dicebat fratrem simplicem ꝛ elinguem:
qui bono exemplo alios prouocaret ad bonum. Il
lud quoq; verbū Donec sterilis peperit plurimos
taliter exponebat. Sterilis inquit est frater pau-
perculus: qui generandi in ecclesia filios non ha
buit officium. Hic pariet in iudicio plurimos: quia
quos nunc priuatis orationibus conuertit ad xp̄z/
sue glorie tūc iudex ascribet. Que multos habet
filios infirmabitur: quia predicator vanus et lo-
quax qui multis nūc quasi sua virtute genitis gau
det/cognoscet tunc se nil proprij habere in eis.
Cum igitur animarum salutem viscerosa pietate
appeteret/et feruida emulatione zelaret suauissi
mis se dicebat repleri odoribꝫ/et quasi vnguēto
pciosō liniri: cū sctōz fratrū p orbē distantiū odo
rifera fama/multos audiret ad viam veritatis in-
duci. Ex talium auditu exultabat in spiritu: bene
dictionibus omni acceptione dignissimis fratres
illos accumulans: qui verbo vel opere ad xp̄i amo
rem inducerent peccatores. Sic etiam qui religi-
onem sacram iniquis violarent operibus: maledi
ctionis eius grauissimam incurrebant sententiā.
A te inquit sanctissime domine/ꝛ a tota celesti cu
ria/et a me paruulo tuo sint maledicti: qui suo ma
lo exemplo cōfundunt ꝛ destruūt/ qō p sāctos fra
tres ordinis hui⁹ edificasti/et edificare nō cessas.
Tāta frequēter afficiebatur mestitia sup scādalo
pusillorum/vt deficere se putaret: nisi diuie fuisꝫ

clementie cõsolatiõe suffultus. Cum autẽ semel malis turbatus exemplis/anxio spiritu misericordem patrem precaretur pro filijs: responsum huiusmodi reportauit a domino. Cur tu pauper homũcio conturbaris? An ego te super religionem meam sic pastorem instituj/vt me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicez ad hoc te constituj: vt que in te fecero/non humane industrie sed superne gratie ascribantur. Ego vocauj/seruabo/et pascam: et alijs excidentibꝰ alios subrogabo: ita vt si nati non fuerint faciam illos nasci. Et q̃tiscunq; fuerit impulsibus paupercule hec concussa religio: salua semper meo munere permanebit. Detractionis quoq; vicium inimicũ fonti pietatis et gratie/tanq; serpentinũ abhorrebat morsum et atrocissimam pestem: et piissimo deo abominabile fore firmabat/pro eoꝙ detractor animarum sanguine pascitur quas gladio lingue necat. Audiens semel fratrem quendam denigrare famam alterius: conuersus ad vicarium suum dixit. Surge surge/discute diligenter: et si accusatum fratrem innocentem repereris/ accusantẽ dura correctione cunctis redde notabilem. Nõnũq; vero eum qui fratrẽ suũ fame gloria spoliaret/iudicabat habitu spoliandũ: nec ad deũ oculos posse leuare/nisi prius qđ abstulerat reddere pro posse curaret. Tanto maior est (aiebat) detractorũ impietas q̃ latronũ: q̃to lex xp̃i q̃ in obseruãtia pietatis ipletur/magis aiarũ q̃ corporũ nos astrigit optare salutẽ. ¶ Afflictis quoq; q̃licũq;

corporali molestia/mira cõpassionis teneritudine cõdescendens: si quid penurie/si quid defect⁹ in aliquo cerneret: pij cordis dulcedie referebat in xp̃m. Sane clementiam habebat ingenitã/quã supinfusa xp̃i pietas duplicabat. Itaq; liq̃scebat animus eius ad pauperes ⁊ infirmos: et quib⁹ nõ poterat manũ exhibebat affectũ. Cõtigit semel vt pauperi cuidã elemosinã iportune petẽti/ vn⁹ e fratrib⁹ duri⁹ respõderet. Quod audiens pauperũ pius amator/fratri p̃cepit vt ad illi⁹ paupis pedes se nudatũ p̃sterneret: p̃clamaret culpabilẽ/ oratiõis suffragiũ postularet ⁊ veniã. Quod cum ille fecisset h̃militer: dulciter pater adiecit. Dum pauperẽ vides o frater: speculũ tibi ꝓponitur dñi ⁊ paupis matris ei⁹. In infirmis similiter infirmitates quas assũpsit considera. Cũq; in pauperibus cũctis et ipse christianissimus pauper effigiẽ christi p̃spiceret: si qua etiã necessaria vite sibi collata fuissent/eis occurrẽtibus non solũ liberaliter conferebat: verumetiã ac si illoꝝ ꝓpria essent/ iudicabat esse reddẽda. Accidit semel vt eidem redeũti de senis pauper quidã occurreret: cũ occasione infirmitatis super habitum palliolo quodam esset amictus. Cui⁹ miseria oculo clemẽti conspecta: oportet (inquit ad sociũ) vt reddamus mantellum pauperculo isti: nam ipsius est. Mutuo enĩ ipsum accepimus: donec pauperiorẽ inuenire contingeret. Socius aũt pij patris necessitatẽ considerans: pertinaciter obsistebat ne p̃uideret alij se neglecto. At ille p furto michi (ait) reputo a ma

gno elemosinario imputandū: si hoc quod fero nō dedero magis egēti. Propterea de omnibus q̄ sibi dabātur ad necessitatē corporis releuandam / solit⁹ erat a dantib⁹ licētiā petere: vt licite posset si magis egenus occurreret erogare. Nulli prorsus rei parcebat: nec mātellis / nec tunicis / nec libris / nec etiā paramentis altaris: quin omia hec dum posset (vt pietatis impleret officium) indigētibus largiretur. Pluries cum oneratis obuiaret in via pauperibus: imbecilles humeros illorum onerib⁹ supponebat. ¶ Cōsideratiōe quoq; prime originis olim abundantiori pietate repletus / creaturas cūctumlibet paruas fratris vel sororis appellabat nominibus: pro eo q̄ sciebat eas vnū secū habere principiū. Illas tamen viscerosius complexabatur et dulcius: que christi mansuetudinem piā similitudine naturali pretēdunt / t scripture significatione figurant. Redemit frequenter agnos qui ducebantur ad mortem: illius memor agni mitissimi qui ad occisionē duci voluit p peccatoribus redimendis. Hospitato quadamvice seruo dei apud monasteriū sancti verecundi de episcopatu eugubij: ouicula quedā agniculū peperit illa nocte. Aderat sus ferocissima / que vite innocētis non parcens: rapaci eū morsu necauit. Hoc audito pius pater mira passione cōmotus: t agni sine macula recordatus / lamentabatur pro morte agniculi coram oībus dicēs. Heu me frater agnicule aial inocēs: christū hominib⁹ repsentās Maledicta sit impia que te interfecit: nullusq; de

ea comedat hõvel bestia. Mirabile dictu. Statim infirmari cepit porca malefica: ⁊ tribus diebꝰ corporeã penam exsoluẽs/ vltricem tandem pertulit necem. Proiecta autem in vallum monasterij/ ibiq; longo tempore iacẽs in modũ tabule desiccata: nulli fuit esca famelico. Aduertat igitur humana impietas/ quali pena sit ferienda finaliter: si tam horrẽda morte percussa ẽ ferocitas bestialis. Perpendat et fidelis deuotio q̃ in seruo dei pietas fuerit admirande virtutis et copiose dulcedinis: vt ei applauderet suo modo etiam natura brutorum. Iter enim faciens iuxta ciuitatẽ senensem: inuenit in pascuis magnũ ouiũ gregẽ Quas cũ benigne (vt erat solitus) salutasset: relicto pastu concurrerũt omẽs ad eũ: leuãteq; capita sua erectis in eũ luminibꝰ intendebant. Tãtum quidẽ ei fecerunt applausũ: vt ⁊ pastores mirarentur et fratres cernentes circa ipsũ/ tã ouiũ agnos q̃ ipsos arietes sic mirabiliter exultãtes Alio quoq; tempore/ apud sanctã mariam de portiũcula quedam viro dei fuit ouis oblata: quã propter innocentie ac simplicitatis amorem quas ouis natura pretendit/ gratanter suscepit. Monebat vir pius ouiculam: vt et laudibus diuinis intenderet/ et ab omni fratrum offensa caueret. Quis autem qualiviri dei pietatem aduerteret: informationem ipsius sollicite obseruabat. Nam audiens fratres in choro cantare: et ipsa ecclesiam ingrediẽs/ sine alicuius informatione flectebat genua: vocẽ balatus emittens ante altare vir

ginis matris agni/ac si eam salutare gestiret. In
super ⁊ cum eleuaretur sacratissimũ christi corp⁹
inter missaruꝫ solemnia/flexis curuabatur popli
tibus: tanq̃ si reuerens pecus/de irreuerentia i=
deuotos argueret christoq̃ deuotos ad sacramen
ti reuerentiã inuitaret. Tp̃e quodã agniculũ ĩ vr
be secũ habuerat ob reuerẽtiam illius mitissimi
agni: quẽ nobili matrone dñe scꝫ iacobe de septeꝫ
solijs in suo recessu cõseruandũ commisit. Agn⁹
vero quasi in spiritualibus eruditus a sancto: do
mine ad ecclesiaꝫ eunti/stanti ⁊ reuertenti / socie
tate inseparabili coherebat. Si matutinali hora
dña tardaret exurgere: agn⁹ consurgens ĩpelle=
bat eam cornulis/et balatibus excitabat/ gestib⁹
adhortans et nutibus/vt ad ecclesiam propera=
ret. Propter quod agnus francisci discipulus/de
uotiõis iã magister effectus: vt mirabilis et ama
bilis a domina seruabatur. Alio quoq̃ tempore
apud grecium viuus viro dei oblatus fuit lepus=
culus: qui liber in terra positus cum posset quo
vellet effugere: vocante se patre benigno in sinũ
illius propero cursu saltauit. Quẽ ip̃e pio cordis
affectu circunfouens / videbatur eidem compati
quasi mater: dulciq̃ allocutione commonitum ne
se iterũ capi permitteret/liberum abire permisit.
Cumq̃ pluries in terra positus vt abscederet/sẽ
per in sinum patris rediret/tanq̃ si sensu quodã
occulto cordis ipsius perciperet pietatem: tandẽ
iussu p̃ris a fratrib⁹ delat⁹ est ad loca solitudinis
tutiora. Mõ quoq̃ consimili in insula lacus peru

sini/cuniculus quidam captus ꝛ viro dei oblatus: cũ ceteros fugeret/manibus ei⁹ et sinui se domestica securitate cõmisit. Per lacum reatinũ eidem ad heremũ de grecio ꝓperanti: piscator vnã ex deuotione fluuialẽ obtulit auẽ. Quam cum libẽter susceptam apertis ĩuitaret manibus ad recessum/nec illa vellet abire: erectis in celum oculis diu in oratione ꝑmansit: et quasi aliunde post longam horam ad se reuersus/dulciter iterato mandauit auicule vt dñm laudatura recederet. Suscepta itaq; cũ benedictione licentia: gestu corporis quoddã pretendens gaudiũ/auolauit. In eodem lacu sil̃r oblat⁹ fuit ei piscis magn⁹ et viuus: quẽ more solito fraterno nomine vocãs/in aquã reposuit iuxta nauẽ. Piscis vero corã viro dei in aqua ludebat: ꝛ quasi amore ipsius allectus nullaten⁹ recessit a naui/nisi prius ab eodẽ cum benedictione licentia sibi data. ¶ Alio quoq; tẽpore ambulãs cũ quodã fratre ꝑ paludes venetiarũ/ĩuenit maximã auiũ multitudinẽ residentiũ et cantantium in virgultis. Quib⁹ visis dixit ad sociũ. Sorores aues laudant creatorem suum. Nos itaq; in mediũ ipsarum euntes/laudes et horas canonicas dño decantemus. Cũq; in medium earũ ĩtrassent: nõ sunt aues mote de loco. Et quia propter garritum ipsarum in dicendis horis se mutuo audire nõ poterãt: ꝯuersus vir sanct⁹ dixit ad aues. Sorores aues a cantu cessate: donec laudes deo debitas persoluamus. At ille cõtinuo tacuerũt: tamdiu in silentio persistentes / q̃dĩu dictis ho-

ris spacioſe et laudibus perſolutis: a ſancto dei cantandi licentiã receperũt. Dante autẽ eis viro dei licentiã: ſtatim cantũ ſuũ more ſoluto reſũpſerũt. Apud ſanctã mariã de portiũcula iuxta cellã viri dei ſup ficũ cicada reſidens et decantans/cũ ſeruum domini qui etiam in paruis rebus magnificentiam creatoris admirari didicerat/ad diuinas laudes cantu ſuo frequẽtius excitaret: ab eo dẽ quadã die vocata velut edocta celitus ſup manũ volauit ipſius. Cui cũ dixiſſet/canta ſoror mea cicada et dominum creatorẽ tuo iubilo lauda: ſine mora obediẽs canere cepit: nec deſtitit donec iuſſu patris ad locũ proprium reuolauit. Manſit autẽ per octo dies ibidem: quolibet die veniendo/cantando/et recedendo/eius iuſſa perficiens. Tandem vir dei ait ad ſocios. Demus iam ſorori noſtre cicade licentiam: ſatis enim nos ſuo cantu letificans/ad laudes dei octo dierum ſpacio excitauit. Et ſtatim ab eo licentiata receſſit/nec vltra ibidẽ apparuit: acſi mandatum ipſius non auderet aliquatenus preterire. Eidem ſenis infirmo/faſianus quidam de nouo captus: a nobili quodã trãſmiſſus eſt viuus. Qui cõtinuo vt virum ſanctũ audiuit et vidit tanta illi amicabilitate cohesit: vt nullo modo pateretur ab ipſo ſeiungi. Nam pluribus vicibus extra locellum fratrum in vinea poſitus vt abiret ſi vellet/rapido ſemper curſu rediebat ad patrẽ: tãq; ſi ab eodẽ omni fuiſſet tpe educatus. Deinde cuidã collatus viro q̃ ex deuotione ſeruũ dei viſitare ſolebat: velut ſibi moleſtum fo-

ret a pij patris absentari ꝓspectu/ escā recusauit
oino. Reportat tandē ad famulū dei: statim vt cō
spexit eūdem/ quibusdam hylaritatis prētēsis ge
stibus auide māducauit. Cū ad heremū peruenis
set aluerne/ ppter quadragesimam celebrandam
in honorem archāgeli michaelis: diuersi generis
aues circa ipsius cellulam volitantes/ cōcentu so
noro et leticie gestibus quasi de eius aduētu gau-
dentes: patrem pium inuitare ac allicere videbā-
tur ad morā. Quo viso dixit ad sociū. Cerno fra
ter voluntatis esse diuine q hic aliquandiu cōmo
remur: tantū sorores auicule de nostra videntur
presentia consolari. Cum igitur contraheret ibi
morā: falco ibidem nidificās/ magno se illi ami-
citie fedre copulauit. Nā semp horā nocturno tē
pore i quavir sanctus ad diuina officia surgere so
litus erat: cantu suo preueniebat et sono. Quod
famulo dei gratissimum erat: eo q tanta sollicitu
do quam circa eū gerebat/ omnē ab ipo desidie tor
porem excuteret. Cum vero seruus xpi infirmita-
te plus solito grauaret: parcebat falco/ nec tā tē-
pestiuas idicebat vigilias. Siquidem velut istru-
ctus a deo/ circa diluculū sue vocis campanam le-
ui tactu pulsabat. Diuinū certe videtur fuisse pre
sagium tam i exultatione multimodi generis aui-
um/ q in cantu falconis: cum dei laudator et cul-
tor pennis contemplationis subuectus/ tunc fo-
ret illic apparitione seraphica sublimandus. Mo
ram eo faciente tēpore quodā in heremitorio gre

cij: loci illius indigene malis multiplicibus vexa-
bãtur. Nam et lupoꝝ rapaciũ multitudo/non so-
lum bruta sed et homines consumebat: ⁊ grando
annua tẽpestate blada et vineas deuastabat. Dũ
igit sic afflictis preco sacri euãgelij predicaret: di
xit ad eos. Ad honorẽ ⁊ laudẽ omnipotentis dei
fideiubeo vobis q pestilentia hec ois abscedet: ⁊
respiciens vos dñs multiplicabit in tẽporalibus
bonis/si michi credẽtes misereamini vestri: vt ve-
ra cõfessione p̃missa dignos faciatis penitentie
fructꝰ. Iterũ hoc annũcio vobis/q si beneficijs i-
grati ad vomitũ cõuersi fueritis: inouabit plaga/
duplicabit pena: et maior in vos ira deseuiet. Ab
illa itaq; hora penitẽtiã ad exhortationẽ ipsius a
gentibꝰ illis: cessauerũt clades/periere pericula:
nec molestie quicq̃ lupi intulere vel grandines.
Immo qõ magis est si quãdo vicinorum arua grã-
do peruaderet/istorũ terminis approprinquãs ter
minabatur ibidẽ: aut i partẽ aliã diuertebat. Ser
uauit grando/seruauerũt et lupi pactionem ser-
ui dei: nec contra pietatis legem in homines ad
pietatẽ q̃uersos attentauerunt amplius deseuire':
q̃diu iuxta cõdictũ cõtra piissimas dei leges ipie
non egerunt. Pie igitur sentiendũ de pietate vi-
ri beati: que tam mire dulcedinis et virtutis fuit:
vt domaret ferocia/ domesticaret siluestria/man-
sueta doceret: ⁊ brutorũ naturã homini iam lapso
rebellẽ/ad sui obedientiã iclinaret. Vere hec ẽ q̃
cũctas sibi creaturas confederans valet ad oia: p̃
missionẽ habens vite que nũc est et future.

¶ De feruore charitatis et desiderio martyrij. Capitulum nonum.



Charitatē feruentē qua sponsi amicꝰ franciscus ardebat: quis enarrare sufficiat? Totus nāq; quasi quidam carbo ignitus: diuini amoris flamma videbatur absortus. Subito enim ad auditum amoris dñi excitabatur/ afficiebatur/ inflammabatur: quasi plectro vocis extrinsece corda cordis interior tangeretur. Talem pro elemosinis censum offerre nobilem prodigalitatē dicebat: et eos qui minus ipsum q̄ denarios reputarent esse stultissimos: pro eo q̄ solius diuini amoris impreciabile precium ad regnum celorū sufficiat cōparandū: et eius qui nos multū amauit/ multum sit amor amandus. Ut autem ex omnibus excitaretur ad amorem diuinū/ exultabat in cunctis operibus manuū dñi: et per iocunditatis spectacula/ in vinificam consurgebat rationem et causā Contuebat̄ i pulchris pulcherrimum: ⁊ ꝑ ipressa rebus vestigia ꝓsequebat̄ vbiq; dilectū: de oībus sibi scalam faciens/ ꝑ quā cōscenderet ad apprehēdendū eū qui est desiderabilis totus. Inaudite nāq; deuotionis affectu/ fontalem illam bonitatem in creaturis singulis tanq̄ in riuulis degustabat. et quasi celestē cōcentum ꝑciperet in consonantia virtutum ⁊ actuū eis datoꝝ a deo/ ipsas ad laudē dñi more prophete dauid dulciter hortabatur. Christus iesus crucifixus intra sue mentis vbera vt mirre fasciculus/ iugiter morabatur: in

quā optabat ꝑ excessiui amoris incēdiū totaliter trāsformari. Prerogatiua quoq; peculiaris deuotiōis ad ipsū: ab epiphanie festo vsq; ad ꝯtinuos quadragīta dies/ eo scilicet tēpore quo christꝰ latuit ī deserto: ad solitudinis loca declinās / cellaq; reclusus: quāta poterat artitudine cibi ⁊ potus ieiunijs orationibus et laudibus dei sine ītermissione vacabat. Tam feruido quidē in xp̄m ferebatur affectu: sed et dilectus illi tā familiarē rependebat amorem/ vt videretur ipsi famulo dei quasi iugem ꝑ oculis ipsius saluatoris sentire presentiam: sicut aliquādo socijs familiariter reuelauit Flagrabat erga sacramentum dominici corporis feruore omnium medullarum: stupore admirans permaximo/ illam charissimam dignationē et dignatissimam charitatem. Sepe cōmunicabat/ et tam deuote vt alios deuotos efficeret: dum ad immaculati agni degustationem suauem/ quasi spiritu ebrius in mentis vt plurimum rapiebatur excessum. ¶ Matrem domini iesu īdicibili complectebatur amore: eo ꝙ dn̄m maiestatis fratrem nobis effecerit: et per eam simus misericordiā consequuti. In ipsa post christum precipue fidens / eas sui ac suorum aduocatam cōstituit: et ad honorez ipsius a festo apostolorum petri et pauli vsq; ad festū assumptionis deuotissime ieiunabat. Angelicis spiritibus ardētibꝰ igne mirifico ad excedēdum in deū et electorū aīas inflāmādas/ īseparabilis erat amoris vīculo copulatꝰ: ⁊ ob deuotionē ipsorū ab assūptiōe virgīs gloriose quadragīta di

eb⁹ ieiunās/ oꝛ̄oi iugiter īsistebat. Btō aūt micha
eli archāgelo/ eo ꝙ aīarū rep̄sētādarū haberet of
ficiū speciali erat amore deuotior: ꝓpter feruidū
quē habebat zelū ad salutē oīm saluādorū. Ex re
cordatiōe sctōꝝ oīm tāq̄ lapidū ignitoꝝ/ ī deificū
recalescebat incēdiū. apostolos oēs ⁊ p̄cipue pe-
trū ⁊ paulū ꝓpt̄ feruidā charitatē quā habuerunt
ad xp̄m sūma deuotione cōplexās: ob quoꝝ reue-
rētiā ⁊ amorē q̄dragesime specialis ieiuniū dn̄o de
dicabat. Nā habebat alid̄ xp̄i paup̄ nisi duo minu
ta: corp⁹ scz ⁊ aīam/ q̄ posset liberali charitate lar-
giri Sz hec p̄ amorē xp̄i sic offerebat cōtinue: vt q̄
si om̄i tp̄e per rigorē ieiunij corpus/ et per ardorē
desiderij spiritū īmolaret: exterius in atrio sacrifi
cans olocaustū: ⁊ in interius tēplo cōcremās thy-
miama. Sic autē eū charitatis excessiua deuotio
sursū ī diuina ferebat: vt eiusdē affectuosa beni-
gnitas ad nature cōsortes ⁊ gr̄e dilataret. Quem
enī creaturis ceteris germanū pietas cordis effe
cerat: mirū nō est si creatoris insignitis imagine/
⁊ sāguine redēptis auctoris: germaniorē xp̄i cha
ritas faciebat Nō se xp̄i reputabat amicū: nisi ani
mas foueret q̄s ille redemit. Saluti aīaꝝ nihil p̄-
ferēdū eē dicebat: eo maxīe ꝓbans/ ꝙ vnigenitus
dei pro animab⁹ dignatus fuerit in cruce pēdere.
Hinc sibi in oꝛ̄one luctamen/ in predicatione dis-
cursus/ et in exēplis dandis excessus. Uñ quoti-
ens austeritas nimia rep̄hēderet̄ in ip̄o: respōde
bat se datū alijs ī exēplū. Lz enī innocēs eius ca-
ro q̄ iā se spōte subdebat sp̄ui nl̄lo ꝓpt̄ offēsas ege

ret flagello: tñ exempli causa renouabat illi pe-
nas et onera/custodiens ꝓpter alios vias duras
Dicebat enim. Si linguis hominum loquar et an
gelorũ/charitatem autẽ in meipso non habeã/et
ꝓximis virtutum exempla non monstrẽ: parũ pro
sum alijs/michi nichil ¶ Feruenti quoqꝫ charita
tis incendio gloriosum sctõrum martyrum emula
batur triumphum: in quibus nec amoris flamma
extingui; nec fortitudo potuit infirmari. Deside-
rabat ꝓpterea ⁊ ipse illa ꝑfecta charitate succen
sus q̃ foras mittit timorem/per martyrii flammã
hostiam dño se offerre viuentem: vt et vicem xp̃o
pro nobis morienti rependeret: ⁊ ad diuinũ amo
rem ceteros ꝓuocaret. Sexto nãqꝫ conuersionis
sue anno/desiderio martyrij flagrans: ad p̃dican
dam fidem xp̃ianam ⁊ penitentiam saracenis et
alijs infidelibus ad partes sirie transfretare dis
posuit. Cũqꝫ nauem quandam vt illuc tẽderet cõ
scẽdisset: ventis contrarijs flãtibus cõpulsus ẽ
in sclauonie ꝑtibus applicare. Cum igitur morã
aliq̃ꝫdiu contraxisset ibidem/nec inuenire posset
nauem tunc temporis trãsfretantem: fraudatum
se a suo desiderio sentiens/nautas quosdam an-
cho nam tendentes vt amore dei eum secum du-
cerent exorauit. Uerum illis propter expensarũ
defectum pertinaciter recusantibus/vir dei plu-
rimum de domini bonitate confisus: nauem cũ so
cio latenter conscendit. Affuit quidam a deo (vt
creditur) pro paupere suo missus/qui secum ferẽs
necessaria victus: quendam timentem deum de

naui ad se vocatū sī: alloquut⁹ est. Hec omnia pro pauperibus fratribus in naui latitantibus cōserua fideliter: ac necessitatis tempore amicabiliter subministra. Sicq; factū est/ vt nautis ꝓpter vim vētorum per dies plurimos nusq; applicare valentibus/ omnia ipsorum cōsumerentur cibaria: ꝛ sola pauperi frācisco collata desuper elemosina superesset. Que cum esset permodica tātū diuia virtute suscepit augmentum: vt diebus pluribus in mari propter tempestatem continuam contrahentibus moram: vsq; ad portum anchone omnium necessitatibus plenarie subueniret. Videtes itaq; naute ꝙ seruum dei multa se mortis euasisse discrimina: tanq; qui maris horrenda pericula sē serant/ et miranda opera domini viderant in profundo: gratias egerunt omnipotenti deo/ qui semper in suis amicis et seruis mirabilem et amabilē se ostendit. Cum autem relicto mari terram per ambulare cepisset: iactato i eā salutis semine reportabat manipulos fructuosos. Verum q; martirii fructus adeo cor eius allexerat/ vt precioſam pro christo mortē super omnia virtutū merita peroptaret: versus marrochium iter arripuit/ vt mirā molino et genti eius christi euangelium predicaret/ si quo modo ad concupitam palmā valeret attingere. Tanto namq; desiderio ferebat/ vt (quāuis esset imbecillis corpore) peregrinationis sue ꝑcurreret comitē: et ad exequendū preposītum festinus tanq; spū ebrius aduolaret. Sed cū iamvsq; i hyspaniam perrexisset: diuina dispositione q̄

ipsū reseruabat ad alia/grauissima ei supuenit in firmitas:qua ꝓpedit⁹/qđ cupiebat adimplere ne quit. ¶ Sentiēs igit vir dei q necessaria erat ad huc pli quam genuerat ipsius vita in carne/ cuius mortem sibi lucrum esse putaret)rediit ad pascendū oues sue sollicitudini cōmēdatas. Verū charitatis ardore spiritū ipsius ad martirium perurgēte:tertia adhuc vice pro fide trinitatis effusione sui sanguinis dilatāda / versꝰ infideles proficisci tentauit. Tertiodecimo namq; sue conuersionis anno ad partes sirie pergens:multis se periculis constāter exposuit:vt soldani babilonie posset adire presētiā. Inter christianos enim ac saracenos tunc guerra tam implacabilis erat exercituū castris hinc inde in campo quominus ex aduerso locatis:vt via mutui transitus sine mortis discrimine non pateret. Exierat siquidem a soldano edictū crudele/vt quicunq; caput alicuius christiani afferret:bizantiū aureū ꝑ mercede reciperet. At intrepidus christi miles franciscus/sperans in ꝓximo suum adipisci posse ꝓpositum: diffiniuit iter arripere/mortis pauore non territus/sed desiderio prouocatus. Oratione namq; premissa confortatus a domino:confidēter illud prophecticum decantabat. Nam et si ambulē in medio vmbre mortis/nō timebo mala:quoniam tu mecum es. Assūpto igitur socio/fratre illuminato nomie/ virovtiq; luminis et virtutis:cū iter cepisset/obuias habuit ouiculas duas. Quibꝰ visis:exhilaratus vir sāctꝰ dixit ad sociū. Cōfide frater i dño:nā in no

bis euãgelicũ illud impletur. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Cũ aũt ꝓcessissẽt vlterius/occurrerũt eis satellites saraceni: q̃ tanq̃ lupi celeri⁹ accurrẽtes ad oues/seruos dei feraliter cõprehensos crudeliter ꝛ cõtẽptibiliter ptractarũt: afficiẽtes cõuiciis/affligẽtes verberibus/ et vinculis alligãtes. Tãdẽ afflictos multiplicit ꝛ attritos: ad soldanũ diuina disponẽte ꝓuidẽtia iuxta viri dei desiderũ perduxerunt. Cum igitur princeps ille perquireret/a quibus/et ad quid/ꝛ qualiter missi essent/et quomodo aduenissent: in rrepido corde respõdit xp̃i seruus frãciscus/ non ab homine sed a deo altissimo se fuisse transmissũ vt ei ꝛ populo suo viã salutis ostenderet/ꝛ annũciaret euangeliũ veritatis. Tanta vero mẽtis cõstãtia/tanta virtute animi/tãtoq̃ feruore spũs p̃dicto soldano predicauit deũ trinũ ꝛ vnũ/ꝛ salua torẽ omnium ie sum xp̃m: vt euãgelicũ illud in ipo clarescceret veraciter esse completũ. Ego dabo vobis os et sapiẽtiam: cui non poterũt resistere ꝛ cõtradicere oẽs aduersarij nostri. Nam ꝛ soldanus admirãdũ in viro dei feruorẽ spũs cõspiciẽs ꝛ virturẽ/libenter ipsum audiebat: ꝛ ad morã cõtrahẽdam cum eo instantius inuitabat. Christi vero seruus superno illustratus oraculo/si vis inquit conuerti tu cum populo tuo ad christum: ob ip̃ius amorem vobiscum libentissime commorabor. Q̃ si hesitas ꝓpter fidem xp̃i legem machometi dimittere/iube ignem accendi permaximũ: ꝛ ego cũ sacerdotib⁹ tuis ignẽ igrediar: vt vel sic cognoscas que

fides certior et sanctior non imerito tenenda sit. Ad quem soldanus. Non credo q aliquis de sacerdotibus meis se vellet igni ꝓpter fidem suam defendendam exponere: vel genus aliquod subire tormenti. Videbat enim statim quendā de presbiteris suis virū autenticum et longeuū: hoc audito verbo de suis cōspectibus aufugisse. Ad quem vir sanctus. Si michi velis promittere pro te ⁊ populo tuo/q ad xp̄i cultum si ignem illesus exiero veniatis: ignem solus intrabo. Et si cōbustus fuero: imputetur peccatis meis. Si autem diuina me ꝓtexerit virtus: xp̄m dei virtutem ⁊ sapiētiam/verum deum et dn̄m saluatorem omnium agnoscatʒ. Soldanus aūt optionē hanc accipere se non audere respondit: quia seditionem populi formidabat. Obtulit tamen ei multa munera p̄ciosa: que vir dei/ non mundanarum rerum sed salutis animarum auidus/spreuit omnia quasi lutum. Soldanus videns virum sanctum tam perfectum rerum mūdialium contemptorem: admiratione permotus/maiorem erga ipsum deuotionem cōcepit Et cuius ad fidem xp̄ianam trāsire nollet/vel forsitan non auderet: rogauit tamen deuote famulū xp̄i vt predicta susciperet/pro salute ipsius xp̄ianis pauperibus vel ecclesiis eroganda. Ipse vero quia pondus fugiebat pecunie: et in animo soldani vere pietatis nō videbat radicem: nullatenus acquieuit. Videns etiam se non proficere in conuersione gentis illius/nec assequi posse propositum: ad partes fidelium diuina reuelatione

premonitus remeauit. Sic itaq; dei ordinãte clementia/et sancti viri promerente virtute/ misericorditer ꝛ mirabiliter factũ est: q; xpi amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret/et tamẽ nullatenus inueniret: vt et merito nõ careret optati martyrij: et insigniendus seruaret in posterũ priuilegio singulari Sicvtiq; factum est/ vt ignis ille diuinus adhuc ipsius estuaret in corde: vt post patentius euaporaret i carne. O vere beatũ virũ/ cui⁹ caro etiã si tirãnico ferro nõ cedit: occisi tamẽ agni similitudine non priuatur. O inquã vere ac plene beatũ/ cuius animã et si gladius persecutoris non abstulit: palmam tñ martyrij non amisit.

¶ De studio et virtute orationis. Capitulum. x.

SEntiens xpi seruus frãciscus corpore se peregrinũ a dño / cuz iam ad terrena foris desideria per christi charitatẽ totus esset insensibilis fact⁹: ne foret absq; consolatione dilecti/ sine intermissione orans: spiritum deo contendebat exhibere presentem. Erat quidem oratio contemplanti solatiũ: duz supernarum circuitu mansionũ/ angelor̃ cõciuis iã factus/ feruẽti desiderio querebat dilectũ: a quo solus eũ carnis paries disiungebat. Erat et operanti presidiũ: dũ in omnib⁹ que agebat de sua diffidens industria/ et de supna pietate confidẽs: p ipsius instantiã totum in dño cogitatum iactabat Orationis gratiã viro religioso desiderandã suppoia firmiter asserebat: nullumq; credens sine ipa in dei prosperari seruitio: modis quibus poterat

fratres suos ad eius studiū excitabat. Nā ambulās et sedēs itus ꝛ foris/ laborās ꝛ vacās;/ oroni adeo erat itētus: vt illi videret nō solū q̄cq̄d erat i eo cordis et corporis/ verūetiā operis ꝛ tēporis dedicasse. Solitus erat nullū visitationē spūs cū negligentia p̄terire. Siquidē cū offerebat̄ sequebatur eā: ꝛ q̄diu dñs cōcedebat/ dulcedine pfruebatur oblata. Cuz autem intentus itineri diuini spiritus aliquos sentiret afflatus/ socijs p̄cedētibus gradū figebat: nouamq̄ inspirationē ad fruitionē cōuertens/ gratiā non recipiebat in vacuuz Suspendebatur multotiens tanto contemplationis excessu: vt supra semetipsū raptus/ et vltra humanū sensum aliquid sentiens: quid ageret circa se exterius ignoraret. Transiēs namq̄ semel per burgum sancti sepulcri castrū vtiq̄ populosū/ pro debilitate corporis subuectus asello: obuias habuit turbas/ in eū p̄e deuotione ruentes. Tractus autē et detētus ab eis/ compressus quoq̄ ac multipliciter attrectatus/ insensibilis videbatur ad omnia: et velut exanime corp⁹/ de his q̄ fiebāt circa ip̄m nichil penit⁹ aduertebat. Vñ cū iā diu trāsito castro/ turbisq̄ relictis: peruenisset ad quoddam domicilium leprosorum: quasi aliūde rediēs celestium contemplator/ sollicite requisiuit quando appropinquaret ad burgum. Mens quidem ipsius in celestibus fixa splendoribus/ varietates non senserat locorum: nec temporum/ nec occurrentium personarum. Quod ipsi accidisse frequētius: sociorum eius experiētia multiplex compro-

bauit. ¶ Et quia in oratione perceperat sctī spi-
ritus desideratam presentiam tanto familiarius
se offerre precātibus/quāto plus inuenit elonga
tos a strepitu mundanorum. ideo loca solitaria
q̄rens ad solitudines et ecclesias derelictas ora
turus nocte pergebat. Vbi demonum pugnas ho
ribiles frequenter sustinuit: qui secum sensibili-
ter confligentes/nitebantur ipsum ab orationis
studio perturbare. Ipse vero armis munitus cele
stibus quanto vehementius impetebatur ab ho-
stibus:tanto fortior in virtute et feruentior red-
debatur in prece/fidenter dicens ad christum.
Subvmbra alaruz tuarum protege me: a facie im
piorum qui me afflixerunt. Ad demones autem.
Facite quicquid i me valetis:maligni spiritꝰ fal-
laces. Non enim potestis nisi quantum vos ma-
nus superna relaxat:et ego ad perferendum om-
nia que ille infligenda decreuerit/cum omni tocū
ditate paratus assisto. Quam mentis constanti-
am superbi demones non ferentes:abscedebant
confusi. Vir autem dei solitarius remanens ꝛ pa
catus/nemora replebat gemitibꝰ/loca spargebat
lachrimis/pectora manu tundebat:et quasi occul
tius secretarium nactus ꝓfabulabatur cum domi
no suo. Ibi respōdebat iudici:ibi supplicabat pa-
tri:ibi colloquebaꝫ amico. Ibi quoqz a fratribꝰ ip-
sū pie obseruātibꝰ aliquotiēs auditus clamorosis
gemitibꝰ apud diuinā ꝑ pctōrib⁹ interpellare cle
mentiā:deplorare etiā altavoce quasi corā positā
dominicā passionē. Ibi visus est nocte orans/ ma

nibus ad modum crucis protẽsis/toto corpore sub
leuatus a terra: et nubecula quadam fulgẽte cir-
cundatus: vt illustrationis mirabilis intra men-
tem: mira circa corp⁹ perlustratio testis esset. Ibi
etiam (sicut certis est comprobatũ indicijs) ĩcerta
sibi et occulta diuine sapiẽtie pandebant: ꝗuis il
la non vulgaret exterius/nisi quãtum xp̃i vrgebat
charitas/z prorimorũ vtilitas exigebat. Dicebat
enim. Leui mercede rem impreciabilẽ cõtingit
amitti: et illũ qui dedit/ad nõ dandũ iterũ facile
prouocari. Cñ a priuatis redibat orationibus/q̃-
bus pene ĩvirũ alterũ mutabatur/summopere stu
debat cõformare se ceteris: ne forte qõ foris ostẽ
deret/aura fauoris ĩtus a mercede vacuaret. Cũ
in publico subito afficeretur visitatus a dño/semp
aliq̃d obijciebat astantibus: ne sponsi familiares
attactus forinsecus vulgarentur. Excreationes/
gemit⁹/duros anhelitus/extrinsecos nutus/ orãs
inter fratres deuitabat omnino: siue quia dilige-
bat secretũ/siue quia ad interiora reintrans tot⁹
ferebatur in deũ. Sepe talia familiaribus dixit.
Quãdo seruus dei orans visitatur diuinitus: dice
re debet. Istam cõsolationẽ michi peccatori et in
digno de celo misisti dñe: et ego illã tue ꝑmitto cu
stodie: qz thesauri tui me sentio esse latronẽ. Cũ
aũt ab oratione reuertitur/sic debet se paupercu-
lũ z peccatorẽ ostẽdere: acsi nullam sit nouam gra
tiam ꝓsequntus. ¶ Orãte aũt viro dei in loco de
portiũcula: cõtigit assisinatũ episcopũ venire ad
eũ (vt erat solitus) visitãdũ. Qui mox vt locũ fuit

ingressus: ad cellam in qua xp̄i seru⁹ orabat plus debito fidenter accessit. Pulsatoq; hostiolo intraturū se ingerens: dum caput īmisit sanctūq; orantē cōspexit: repentino tremore concussus/ obrigescentibus membris etiam loquelā amisit. Subitoq; volūtate diuīa ꝑvim foras cōpulsus: retrogrado pede ꝓcul abductus est. Stupefactus episcopus ad fratres festinauit vt potuit: deoq; sibi restituente loquelā/ primo verbo confessus est culpā. Cōtigit tempore quodā abbatē monasterij sācti iustini de episcopatu perusij: obuiare famulo xp̄i. Quo viso abbas deuot⁹ celeriter de equo descendit: vt et viro dei reuerentiā faceret/ et de salute anime aliqua cū ipso ꝯferret. Tandē habita collatione suaui abbas abscedēs: orari pro se humiliter petijt. Cui vir deo charus respōdit Orabo libēter. Parū itaq; discedēte abbate: dixit fidelis frāciscus ad sociū. Expecta frater modicuz: qr debitū volo soluere quod promisi. Orante autem illo/ subito abbas insolitū calorē et dulcedinē hactenus inexpertā sensit in spiritu: ita ꝙ ī excessu mentis effect⁹/ totus a seipso in deū defecit. Parua morula substitit: et ī se reuersus virtutē orationis sancti francisci cognouit. Maiori proinde circa ordinē semꝑ amore flagrauit: multisq; factum pro miraculo retulit. Solit⁹ erat vir sctūs horas canonicas nō minus timorate deo ꝑsoluere q̄ꝫ deuote. Nam licet oculorū/ stomachi/ splenis/ ꝛ epatis egritudinis laboraret: nolebat tamē muro vl̄ parieti īherere dū psalleret: sed horas sēꝑ erect⁹

et ſine caputio/nō girouagis ockis/nō cū aliq̄ ſin-
copa perſoluebat. Siquādo eſſet in itinere cōſti-
tutus/figebat tūc tēporis greſſum: huiuſmodi cō
ſuetudinē reuerentē ⁊ ſacrā ꝓpter pluuiaꝝ inun-
dātiā nō omittēs. Dicebat enim. Si quiete come
dit corpus cibum ſuū/futurū cū ipō vermiū eſca:
cū quāta pace ac trāquillitate accipere debet ani
ma cibū vite? Grauiter etiā ſe putabat offendere:
ſiquādo oratioⁿi deditus/vanis fantaſmatib⁹ in-
terius vagaretur. Cū aliquid tale accideret: non
parcebat cōfeſſioni/ quin illud ꝓtinus expiaret.
Hoc ſtudiū ſic i vſū cōuerterat: vt rariſſime muſcas
huiuſcemodi pateretur. Fecerat i quadrageſima
quadā vaſculū vnuz: vt minutias tēporis ne oīno
exciderent occuparet. Qđ cū dicēti tertiam i me-
moriā veniēs paululū ipſius animū diſtraxiſſet:
motus feruore ſpūs vaſculū igne conſumpſit di-
cēs. Sacrificabo illud dño: cuius ſacrificiū impe-
diuit. Pſalmos cū tanta mentis ⁊ ſpiritus atten-
tione dicebat: quaſi deū p̄eſentē haberet. Et cū
nomen dñi in ipſis occurreret: pre ſuauitatis dul
cedine/labia ſua lingere videbatur Ipſum quoq̄
domini nomen non ſolū cogitatū / verūetiā pro-
latum et ſcriptum reuerentia volens honorifica-
re p̄cipua: fratribus perſuaſit aliquando vt om
nes cedulas ſcriptas vbicunq̄ repertas collige-
rent mūdoq̄ loco reponerēt: ne forte ſacrū illud
nomē ibi ſcriptū cōtingeret cōculcari. Nomē aūt
ieſu cū exprimeret vl audiret: iubilo quodā reple
t⁹ iterius/tot⁹ videbaī exteri⁹ alterari: acſi melli-

fluus sapor gustũ/vel armonicus sonus ipsius ĩ-
mutasset auditũ. Contigit aũt anno tertio ante
obitũ suũ: vt memoriã natiuitatꝫ pueri iesu ad de
uotionem excitãdã apud castrũ grecij disponeret
agere/cũ quanto maiori solẽnitate valeret Neve
ro hoc nouitati posset ascribi/ a summo pontifice
petita et obtenta licentia fecit preparari presepi
um: apportari fenum/ bouem et asinum ad locum
adduci. Aduocantur fratres/ adueniunt populi/
ꝑsonat silua voces: et venerabilis illa nox lumini
bus copiosis et claris/laudibusqꝫ sonoris ⁊ cõso-
nis: et splẽdens efficitur et solemnis Stabat vir
dei coram presepio pietate replet⁹: respersus la-
chrymis et gaudio superfusus. Celebrantur mis
sarum solemnia super presepe: leuita xp̃i franci
sco sacrum euangelium decantante. Predicat de
inde populo circunstanti de natiuitate pauperis
regis: quem cũ nominare vellet/puerum de beth
leem pre amoris teneritudine nuncupabat. Mi-
les autem quidam virtuosus et verax / qui ꝓpter
christi amorez seculari relicta militia viro dei ma
gna fuit familiaritate coniunct⁹ dñs iohãnes de
grecio/se vidisse asseruit puerulũ quẽdã valde for
mosũ in illo presepio dormiẽtẽ: quẽ beatus pater
franciscus ambobus complexans brachijs exci-
tare videbat̃ a sõno. Hanc quidẽ deuoti militis vi
sionem/non solũ vidẽtis sãctitas credibilẽ facit:
sed ⁊ designata veritas cõprobat/⁊ miracula sub
secuta cõfirmant. Nã exẽplũ frãcisci cõsideratuꝫ
a mũdo excitatiuũ est cordium in fide christi tor-

pētium: et fenum p̄ſepiſ reſeruatū a populo mira
biliter ſanatiuum bꝛutoꝛū languentiū/ꝛ aliarum
repulſiuū peſtium diuerſarū: glozificante deo per
omnia ſeruum ſuum: ſanctecꝫ oꝛonis efficaciā eui
dentibus miraculoꝛū p̄digijs demonſtrāte.

¶ De intelligentia ſcripturarum et ſpiri
tu pꝛophetie. Capitulum .xi.

ADtantam autem mentis ſerenitatez
indefeſſum oꝛationis ſtudium/cū con
tinua exerꝯitatione virtutum virū dei
perduxerat: vt q̄uis non habuerit ſa
crarum litterarū peritiam per doctri-
nā: eterne tñ lucis irradiatus fulgoꝛibus ſcriptu-
rarū p̄funda miro intellectus ſcrutaretur acumi
ne. Penetrabat enī ab omni labe purum ingeniū
miſterioꝛum abſcondita: et vbi magiſtralis ſcien-
cia foꝛis ſtat/affectus introibat amantis. Lege-
bat q̄ñcꝫ in libꝛis ſacris/et q̄ animo ſemel iniece
rat tenaciter iꝑmebat memoꝛie: qꝛ non fruſtra
mentalis attentionis p̄cipiebat auditu/q̄ contin-
nue deuotionis ruminabat affectu. Querentibus
aliq̄ñ fratribus/vtrū ſibi placeret qꝺ litterati iam
recepti ad oꝛdinē intenderēt ſtudio ſacre ſcriptu-
re: reſpōdit. Michi quidem placet: dū tamen exē
plo chꝛiſti q̄ magis oꝛaſſe legitur q̄ legiſſe / oꝛati
onis ſtudiū non omittāt: nec tantum ſtudeant vt
ſciant qualiter debeāt loqui/ſed vt audita faciāt:
et cū fecerint: aliis facienda p̄ponant. Volo inq̄t
ffres meos diſcipulos euangelicos eē/ſicꝫ i noti
cia ꝛitatis p̄ficere q̄ i ſimplicitatꝫ puritate cōcre

scant: vt simplicitatē colūbinam a prudentia ser
pentina nō seperent/ quas magister eximius ore
suo bñdicto cōiūxit. Interrogat⁹ senis a quodā re
ligioso viro theologie sacre doctore: de quibusdā q̄
stionibus difficilibus intellectu: tanta claritate
doctrie/ diuie sapiētie patefaciebat archana vt ve
hemēter stuperet vir ille perit⁹/ ꝛ cū admiratiōe
referret. Vere theologia sancti patris istius puri
tate ac contēplatione tanq̄ alis in altum subue-
cta/ est aquila volās: nostra ꝙ scientia ventre gra
ditur super terrā. Licet enī esset imperit⁹ serme-
ne: scientia tamen plenus enodabat dubia q̄stio-
num/ et abscōdita producebat in lucem. Hec abso
num/ q̄ vir sanctus scripturarum a deo intellectū
acceperat: cū per imitationē xp̄i perfectā/ verita-
tē ipsarū descriptā gestaret in opere: ꝛ per sancti
spūs vnctionē plenariā/ doctorē earū apud se ha
beret in corde. Adeo etiā in ipso claruit spūs pro
phetie: vt p̄ uideret futura et cordiū contueret
occulta: absentia cerneret: et se p̄sentem absen
tibus mirabiliter exhiberet. Tēpore nāq̄ quo da
miatam christianorū obsidebat exercitus: aderat
vir dei non armis sed fide munitus. Cū igitur die
belli christiani pararentur ad pugnā: hoc audito
christi seruus vehementer ingemuit/ dixitq̄ socio
suo. Si belli fuerit attentatus congressus: osten-
dit michi dominus non prospere cedere christia-
nis. Verum si hoc dixero fatuus reputabor. Si ta
cuero: conscientiam non euadam. Quid ergo tibi
videtur? Respondit socius eius dicens. Frater

pro minimo tibi sit vt ab hominibus iudiceris: qꝛ non modo incipis fatuus reputari. Exonera con scientiam tuam: et deum magis time q̄ꝫ homines Quo audito / exiliens christi preco salutaribus monitis christianos aggreditur: prohibet belluꝫ/ denunciat casum. Fit veritas in fabulam: indura uerunt cor suum et noluerunt reuerti. Igitur cō- mittitur et bellatur: totaqꝫ in fugam vertitur mili tia christiana: finem belli opprobrium regerens non triumphum. Tanta vero strage xp̄ianorum īminutus est numerus: vt circa sex milia fuerint ī- ter mortuos et captiuos. In quo euidenter inno- tuit ꝙ spernenda non erat sapiētia pauperis: cū aīa viri iusti enūciet aliquando veriora q̄ꝫ septem circūspectores sedentes ī excelso ad speculādū ¶ Alio q̄qꝫ tp̄e cū post reuersionē ipsi⁹ de vltra ma re/celanū p̄dicatur⁹ accederet: miles q̄dā suppli ci eū deuotiōe cū īstantia magna īuitauit ad prā- diū. Uenit itaqꝫ ad militꝫ domū: oīsqꝫ familia pau perꝝ hospitū exultauit īgressu. Ante vero q̄ꝫ cibū sumerēt/iuxta solitū morē vir mēte deuotus offe- rens deo preces ⁊ laudes: oculis stabat eleuatis in celū. Oratione completa: benignū hospitē fa- miliariter aduocatū in partē sic alloquut⁹ ē. Ecce frater hospes: tuis victus precibus vt mēducarē/ domū tuā intraui. Meis nūc cito monitis acquie sce: qm̄ nō hic sed alibi māducabis. Cōfitere nūc pctā tua/vere penitentie dolore cōtritus: nec in te remaneat q̄cquā qđ veridica cōfessione nō pan das. Reddet tibi dn̄s hodie vicem: quoniā tanta

deuotione ſuos pauperes ſuſcepiſti. Acquieuit continuo vir ille ſermonib⁹ ſancti: ſocioq; ipſius vniuerſa pctā i cōfeſſione detegēs diſpoſuit domū ſuā: et ad mortē ſuſcipiendam ſe quantū valuit ꝓparauit. Jntrauerūt tandē ad menſam: et iciētib⁹ aliis māducare/hoſpes ſubito ſpm exalauit: iuxta verbū hois dei repētina morte ſublat⁹. Sicq; factū ē hoſpitalitatis mia promerente/vt (iuxta verbū veritatis) ꝓphetā recipiēs/mercedē ꝓphete acciperet: dū p ſancti viri prenūciationē ꝓphetica/miles ille deuot⁹ ſibi cōtra mort⁊ ſubitationē ꝓuidit: quatinus armis penitētie ꝓmunitus ꝓpetuā dānationē euaderet/et in eterna tabernacula introiret. Tēpore quo vir ſctūs reate iacebat infirmus/pbēdari⁹ quidē nomine gedeon lubricus a mādanus infirmitate graui correptus/et lectulo decubās cū ad eū fuiſſet delat⁹: lachrimoſe rogabat cū ſil aſtātibus/vt ab ipſo crucis ſignaculo ſignaretur. Ad quē ille. Cū vixeris olim ſcōm deſideria carnis nō veritus iudicia dei quo modo te cruce ſignabo? Verū ꝓpter deuotas intercedentiū preces: ſigno te crucis ſignabo i nomie dñi. Tu tamē ſcito te grauiora paſſurū: ſi ad vomitum redieris liberatus. Propter peccatum enim ingratitudinis: ſemp peiora prioribus inferūtur. Signo itaq; crucis ſup eum facto / ſtatim qui cōtractus iacuerat ſurrexit ſanus: et in laudem dei prorumpens/ego inquit ſum liberatus. Jnſonuerunt autē oſſa renū eius audientibus multis: veluti cū manu ligna ſicca franguñ. Paucis autem

interlapsis temporibus: dei oblitus corpus impu
dicicie reddidit. ¶ Cūq; sero quodā cenasset in do
mo cuiusdā canonici/ nocteq; illa dormiret ibidē:
subito sup oīs corruit tectū domus. ¶ Ceteris au
tē euadentibus mortem: solus miser ille interce
ptus atq; interemptus est. Iusto igitur dei iudicio
facta sunt nouissima hominis illius peiora priori
bus/ ꝓpter ingratitudinis viciū deiq; cōtemptū:
cū de accepta venia gratum esse oporteat/ et du
plo displiceat flagitium iteratum. Alio quoq; tē
pore mulier q̄dam nobilis deo deuota venit ad sā
ctū vt suum ei explicaret dolorē: ac remedium po
stularet. Habebat quidē virum valde crudelē: quē
aduersarium patiebatur in seruitio xp̄i. Et ideo
petebat a sancto quatinus oraret pro illo: vt sua
de⁹ cor ipsius dignaretur emollire clemētia. Ipse
vero hoc audiens: ait illi. Vade cum pace: indubi
tanter expectans de viro tuo consolationem tibi
de proximo affutu ā. Et adiecit. Dices ei ex parte
dei et mea: q; nunc est tempus clementie postmo
dum equitatis. Bñdictione accepta reuertit mul
er: īuenit virū/ denunciat verbū. Cecidit sup eum
spūs sanctus: et nouū factū de veteri/ sic facit cū
omni mansuetudine respondere. Domina seruia
mus dño: et saluemus aias nostras. Suadēte igr̄
sancta vxore plurib⁹ annis celibem vitam agētes:
eodem die ambo ad dñm migrauerūt. ¶ Mirāda
certe i viro dei spūs ꝓphetici virt⁹/ qua r mēbris
iā arentib⁹ restituebat vigorē/ et duris īprimebat
cordib⁹ pietatē: quāq; nō min⁹ eiusdē spūs sit stu-

pēda limpiditas/qua sic futurorū p̄cognoscebat
euētū: vt etiā cōsciētiarum scrutaret archanū: q̄-
si alter helyseus duplicem helye sp̄m assequutus
Nam cū senis viro cuidā sibi familiari quedā sup
uentura finaliter p̄edixisset: et vir ille penit⁹ (de
quo supra mentio facta est q̄ de scripturis cum eo
cōferebat aliquādo) his auditis ab eodē sctō p̄e
dubitādo p̄quireret/an hoc ipse dixisset que illius
viri relatione cognouerat: non solum se illa dixis
se asseruit/ verumetiam querenti alienū euētū/
p̄priū exitum prophetando p̄edixit. Ad vt cer
tius cordi eius imp̄rimeret quendam secretum cō
scientie illius scrupulum / quem nulli viuenti vir
p̄fatus exp̄resserat: ꝛ mirabiliter reuelando ex
plicuit: ꝛ salubriter cōsulendo reserauit. Ad quo
rū omniū firmitatem accedit: q̄ vir ille religiosus
sicut x̄pi famul⁹ ei p̄edixit: sic finaliter cōsummā-
uit. Eo quoq; tempore quo reuertebatur de vltra
mare/ sociū habēs fratrem leonardum de assisio:
contigit eum fatigatum et lassum parumper asel-
lum cōscendere. Subsequens autem socius ꝛ ip-
se nō modicum fessus: cepit dicere intra se huma-
nū aliquid passus. Non de pari ludebant paren-
tes hui⁹ et mei. En ipse eq̄tat: et ego pedester asi
nū ei⁹ duco. Hec illo cogitāte: protin⁹ de asino de
scendit vir sanctus/ et ait. Non frater conuenit vt
ego equitem/ tu venias pedes: quia nobilior et po
tentior in seculo me fuisti. Obstupuit ilico frater/
et rubore suffusus de p̄hēsum se recognoscēs p̄o-
cidit ad pedes ipsius: et lachrymis irrigatus nu-

ūd exposuit cogitatū/veniāq; poposcit Frater qui dam deo deuotus et famulo xp̄i/frequenti cogitatione versabat in pectore/superna fore gr̄a dignū quem vir sanctus familiari complecteret affectu: quem vero tanq̄ extraneū reputaret/extra numerum electorum reputandum a deo Cum igitur cogitationis huiusmodi crebrius vexatus impulsu/viri dei familiaritatem vehementer optaret: nec tamen cordis sui secretum reuelaret alicui: aduocans eū ad se dulciter pr̄ pi⁹ sic alloquutus est. Nulla te turbet cogitatio fili/qm̄ te charissimū habens inter precipue michi charos: libenter tibi munus mee familiaritatis et dilectionis impendo. Miratus exinde fr̄/factusq; deuotior ex deuoto. non solū in amore creuit hominis sancti: verumetiā per spiritus sancti gratie mun⁹ donis est maioribus cumulatus. Cum autē in mōte maneret aluerne cella reclusus: vnus e sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis domini aliquod scriptum/manu ipsius breuiter annotatū Grauem enim qua vexabatur tentationē nō carnis sed spiritus/ex hoc credebat euadere: vel certe leuius ferre: Tali desiderio lāguens anxiebatur interius: quia verecundia victus reuerēdo patri rem pandere non audebat. Sed cui homo nō dixit: spiritus reuelauit. Portari nāq; sibi iussit a fr̄e p̄dicto atramētum ⁊ chartā: laudesq; dn̄i iuxta fratris desideriū ꝓpria manu scripsit/⁊ vltio bn̄dictionē ipsi⁹: dicēs. Accipe tibi cartulā istā et vsq; ad diē mortꝫ tue custodias diligēter. Accipit

frater donū illō optatū: et statim oīs illa tēptatio effugat. Seruat lra/et cum in posterum miranda effecerit: virtutū frāciscī testimoniū fuit. Frater quidam erat quātum a foris videbatur sanctitate preclar⁹/cōuersatiōe insignis: tamē admodū singularis. Omni tēpore orationi vacās tanta districtione silentiū obseruabat: q consueuerat nō verbis sed nutibus cōfiteri. Accidit autē sāctum pr̄em venire ad locū/videre fr̄em: et de ipso cum alijs fratribus habere sermonē. Cōmēdantibus aūt omnibus et magnificantibus illū: respondit vir dei. Sinite fratres: ne michi in eo diabolica figmenta laudetis. In veritate sciatis q diabolica tentatio est: et deceptio fraudulenta. Dure acceperunt hoc fratres/tanq̄ impossibile iudicantes: q tot perfectionis indicijs fraudis se cōmēta fucarēt. Verum nō post multos dies eo religionē egresso: euidenter apparuit quāta luculentia interioris cōtult⁹ vir dei cordis ei⁹ secreta perspexit. Multorū q; oq̄ per hunc modū qui stare videbant ruinā: sed et plurium peruersorū cōuersionē ad xp̄m i mmobili veritate prenūcians: appropinquasse videbatur ad eterne lucis speculū cōtēplandum/ cuius fulgore mirabili absentia corporaliter tanq̄ si essent presentia/mētis eius cernebat obtutus. Quodam namq̄ tempore vicarius suus tenebat capitulū: ipse ꝯo in cella orās sequester erat et medius inter fratres et deum. Cum igitur vnus ex ipsis defensionis quodam contectus pallio non se subderet discipline: vi-

dens hoc vir sanctus in spiritu/vocauit quendaz de fratribus: et dixit ad eum. Vidi frater diabolum super illius fratris inobedientis dorsū/collum eius tenentē astrictum: qui tali sessore subactus/obedientie frena spreto instinctus eius seq̄batur habenas. Et cū rogarē deū pro fratre: subito demon confusus abscessit. Vade igit̄ et dic fratri: vt obedientie sācte iugo collum sine mora submittat. Monitus per internūcium frater statim cū cōuers⁹ ad deū/ad pedes vicarii humiliter se p̄iecit. ¶ Alio quoq; tempore contigit duos fratres ad heremitoriū grecii de remotis venire: vt virū dei cernerent/et benedictionē mlto desideratam iam tēpore reportarent. Veniētes autē et nō inueniētes (qr de publico iam ad cellam redierat) desolati abiebant. Et ecce recedētibus illis/cū de ipsorū aduentu vel recessu nichil scōm humanū ser. sū p̄cipere potuisset: p̄ter solitum morem egressus e cella clamauit post eos: r ipsos iuxta qđ optauerant signo crucis facto in xp̄i nomie bñdixit. Duo fratres venerūt aliquādo de terra laboris: quorū antiquior nonnulla intulit scandala iuniori. ¶ Cū autē peruenisset ad patrem: quesiuit ille a iuniore qualiter erga ip̄m se frater soci⁹ habuisset in via. Quo respōdente. vtiq; satis bene: subiunxit. Caue frater ne sub humilitatis specie mentiaris. Scio enī scio: sed expecta modicū r vi debis. Miratus est pplurimū frater: quomodo tā absentia p̄ spiritum cognouisset. Igitur non post mlt̄os dies cōtēpta religiōe foras egredit̄ q̄ scan

dalũ fecerat fratri: ⁊ a patre nõ petiuerat veniã. nec correctionis debitã receperat disciplinã. Simulq; duo in vna illi⁹ claruere ruina: equitas scilicet diuine iusticie/et ꝑspicacitas spũs ꝓphetie. Qualiter aũt absẽtib⁹ se ꝑsẽtẽ exhibuit diuina faciẽte ꝟtute/euidẽter ex supiorib⁹ inotescit: si reuocetur ad mentẽ qualiter absens ĩ curru igneo fratrib⁹ trãsfiguratus apparuit: ⁊ quõ se arelatensi capitulo in crucis effigie presẽtauit. Qđ factũ esse diuina dispositiõe credẽdũ est: vt ex ꝑsentie corporalis apparitiõe mirabili patenter claresceret q̃ꝫ ꝑsens ⁊ perui⁹ ei⁹ spũs luci sapiẽtie foret eterne q̃ oĩbus mobilib⁹ mobilior est: ⁊ vbiq; attingẽs ꝓpter sui mundiciã/per natiões in aĩas sanctas se trãsfert/et dei amicos ⁊ ꝓphetas ꝯstituit. Simplicib⁹ enĩ et paruulis sua pandere solet misteria doctor excelsus: sicut prius apparuit in dauid ꝓphetarũ eximio/et post in apostolorũ principe petro/et tandẽ in paupculo xp̃i francisco. Hi enĩ cũ essent litterarũ ĩperitia simplices/ facti sunt sancti spũs eruditione illustres: is q̃dẽ pastor/vt gregẽ pasceret sinagoge de egypto eductũ: iste piscator/vt sagenã repleret eccl̃ie multiformitate credẽtiũ. hic aũt negociator/ vt margaritam emeret euãgelice vite/vẽditis ⁊ dispsis oĩb⁹ ꝓpter xp̃m.

¶ De efficacia ꝑdicandi ⁊ gr̃a sanitatũ. Cap̃. xij.

Fidelis reuera famulus et minister xp̃i frãciscus: vt cũcta fideliter ⁊ ꝑfecte peragеret/illis potissime virtutũ exercitijs intendebat: que sacro dictante spũ deo

suo magis placere cognouerat. Qua de re ꝯtigit il
lũ ĩ magnã dubitatiõis cuiusdã agoniã ĩcidere:
quã multis diebꝰ ab oratiõe rediẽs terminãdã fr̃i
bꝰ sibi familiaribꝰ ꝓponebat. Quid ĩquit fr̃es con
sulitis/ q̃d laudatis an qđ orationi vacẽ/ an qđ pre
dicãdo discurrã? Siq̃dẽ ego ꝑuulus simplex ⁊ ĩpe
ritus sermõe: maiorẽ orãdi accepi gratiã q̃ꝫ loquẽ
di. Uidet̃ etiã ĩ oratiõe lucrũ et cumulatio gr̃arũ ĩ
p̃dicatiõe/ distributio q̃dã donoꝝ celitꝰ acceptorũ
In oratiõe etiã purificatio ĩterioꝝ affectuũ/ ⁊ vni
tio ad vnũ verũ ⁊ sũmũ bonũ cũ vigoratiõe ꝟtutis:
ĩ p̃dicatiõe/ spiritualiũ puluerizatio pedũ: distra
ctio circa multa ⁊ relaxatio discipline. Tãdẽ ĩ ora
tione deũ alloq̃mur ⁊ audimꝰ/ ⁊ quasi ãgelicã vitã
agentes inter angelos conuersamur. in predica=
tione/ multa oportet condescẽsione vti ad hoies
et humane inter eos viuendo humana cogitare/
videre/ dicere/ et audire. Sed vnum est in contra=
riũ quod videtur prepõderare his omnibus ante
deũ: q̃ videlicet vnigenitus dei filius (qui est sapi
entia summa) propter animarum salutem de sinu
patris descendit: vt suo mundum informans exẽ
plo/ ꝟbũ salutis hoĩbꝰ loq̃ret̃: quos sacri sãguinis
⁊ p̃cio redimeret/ ⁊ emũdaret lauachro/ ⁊ pocl̃o su
stẽtaret: nichil sibi oĩno reseruãs: qđ nõ ĩ salutem
nostrã liberalit̃ erogaret. Et qꝛ nos debemꝰ oĩa fa
cere scđm exẽplar eoꝝ q̃ videmꝰ in ip̃o tãq̃ꝫ ĩ mõte
sublimi videt̃ magꝭ deo placitũ/ qđ ĩtermissa q̃ete
foras egrediar ad laborẽ. Cũq̃ꝫ ꝑ mlt̃os dies ꝟba
huiuscemodi ruminaret cũ fr̃ibꝰ: certitudialit̃ ne
q̃bat ꝑcipe q̃d hoꝝ sibi foret vt xp̃o ꝟe accepti⁹ eli

gēdū. Cū ei mirāda nosset ꝑ spm̄ ꝓphetie: hāc ꝑ seipz q̄stionē dissoluere nō valebat ad liq̄dū deo meli⁹ ꝓuidēte: vt p̄dicatiōis meritū ꝑ supnū manifestaret oraculū/ ⁊ serui xp̄i hūilitas seruaretur Nō erubescebat a minorib⁹ ꝑua q̄rere ver⁹ minor: q̄ magna didicerat a mgr̄o supmo Studio nāq; p̄cipuo solit⁹ erat exq̄rere: q̄li via/ q̄liq; mō deo posset scd̄m ipsi⁹ bn̄placitū ꝑfecti⁹ deseruire. Hec sūma ei⁹ philosophia/ hoc sūmū ei⁹ desideriū extitit quoad vixit: vt q̄reret a sapiētib⁹ ⁊ simplicib⁹ ꝑfectis ⁊ ipfectis/ ꝑuulis ⁊ grādeuis: q̄liter ad ꝑfectionis culmē virtuosius ꝑuenire valeret. Assumēs itaq; duos ex fr̄ib⁹/ misit ad fratrē siluestrū q̄ crucē egrediētē viderat de ore ipsi⁹ ⁊ tūc ī mōte supra assisiū iugit̄ oratiōi vacabat: vt diuinū sup dubitatiōe huiuscemodi respōsū ꝑquireret: qd̄ sibi ex ꝑte dn̄i demādaret. Hoc ip̄z mādauit sacre virgini clare/ vt ꝑ aliquā puriorē ⁊ simpliciorē de v̄ginib⁹ sub ipsi⁹ disciplīa degētib⁹: ⁊ ip̄a cū sororib⁹ alijs orās sup hoc exq̄reret dn̄i volūtatē. Cōcordauerūt aūt mirabilit̄ ī idipsū (supno eis reuelāte spū) venerabilis sacerdos ⁊ v̄go deo dicata: bn̄placiti scz eē diuini/ ꝙ xp̄i p̄co ad p̄dicādū exiret. Reuertētib⁹ itaq; fratrib⁹: ⁊ dei iuxta qd̄ acceperāt īdicātib⁹ volūtatē: exurgēs cōtinuo succīxit se: nullaq; ꝓrsus cōtracta mora iter agress⁹ ē Ibat aūt cū tāto feruore vt diuinū exeq̄ret̄ iperiū: tāq; celerit̄ p̄currebat: ac si facta manu dn̄i sup eū/ nouā īduisset e celo virtutē. ¶ Cū igr̄ appropiquaret beuanio: ad quēdā locū deuenit/ ī q̄ diuersi gn̄is auiū maxia mltitudo ꝯuenerat. Quas cū sctūs dei vidissz/ alacrit̄ cucur

rit ad locū: et eas velut ratiōis participes saluta
uit. ¶Omnibus vero expectantibus et conuerten
tibus se ad eū: ita vt que in arbustis erant inclina-
tis capitibus cū appropinquaret ad eas insolito
mō in ipsū intenderēt/ vsq; ad eas accessit: et oēs
vt verbū dei audirēt sollicite admonuit dicēs. Fra
tres mei volucres: multū debetis laudare creato
rem vestrū: qui plumis vos induit et pēnas tribuit
ad volādū/ puritatē concessit aeris/ et sine vestra
sollicitudine vos gubernat. ¶Cum autē eis hec et
his similia loqueretur/ auicule modo mirabili ge-
stientes ceperūt extēdere colla: ꝓtendere alas/
aperire rostra/ et in illū attente respicere. Ipse ve
ro cū spūs feruore mirādo p mediū ipsarū transi-
ens/ tunica contigebat easdē: nec tamen de loco
aliqua mota est/ donec signo crucis facto/ et licen
tia data cū benedictione viri dei/ oēs insimul auo
larunt. ¶Hec oīa ꝓtuebant socij expectantes ī via
Ad quos reuersus vir simplex et purus: pro eo q
nō hactenus auibus predicauerat/ cepit se de ne-
gligentia inculpare. Exinde predicando per loca
vicina procedēs: venit ad castrū quoddā nomine
aluianū. Vbi congregato populo et indicto silen-
tio: propter hyrundines nidificantes in eodē lo-
co magnisq; garritibus perstrepentes/ audiri vix
poterat. ¶Quas vir dei omnibus audientibus allo
quutus est dicēs. Sorores mee hyrūdines/ iam tē
pus est vt loquar et ego: quia vos vsq; modo satis
dixistis. Audite verbū dei tenentes silentium do-
nec sermo dñi compleatur. At ille tanq; intelle-

ctus capaces subito tacuerūt: nec fuerūt mote de loco/donec fuit ois ꝑdicatio cōsūmata. ¶Oēs igitur q̄ viderunt stupore repleti glorificauerūt deū. Illi⁹ miraculi fama circūquaq̄ diffusa: multos ad sancti reuerētiā ⁊ fidei deuotionē accēdit. ¶In ciuitate nāq̄ parmensi / scolaris quidam indolis bone cū socijs alijs studio diligenter ītentus: duz importuna garrulitate cuiusdā infestaretur hyrūdinis/dicere cepit ad socios. Hec hyrūdo vna de illis est: que virū dei franciscū predicantē aliqñ/ donec silentiū eis pononeret molestabāt. Et cōuersus ad hyrūdinē: fiducialiter ait In noīe serui dei franciſci precipio tibi: vt ad me veniēs continuo cōticescas. At illa franciſci audito noīe quasi viri dei disciplinis edocta: statim cōticuit/ et ipsius manib⁹ tanq̄ tute custodie se ꝓmisit. Stupefact⁹ scolaris/statim eā libertati restituit: et ei⁹ garritū amplius non audiuit. ¶Alio quoq̄ tēpore/ cū famulus dei gaiete semel in maris littore predicaret turbis pre deuotione irruentibus vt eū cōtingerent: horrens xp̄i seruus tm̄ populorū applausū/in vnā hērētē littori nauiculā prosilijt solus. Illa vero tāq̄ si rationis participe motore moueretur intrinseco: sine aliquo remige/cernentibus ⁊ mirātibus cūctis se longius a terra ptraxit. ¶Cū autem aliquāto spacio i maris altitudinē secessisset/stetit inter fluctus immobilis: q̄ diuir sanct⁹ turbis expectantib⁹ in littore ꝑdicauit. ¶Cumq̄ audito sermone/et viso miraculo/ ac benedictiōe accepta multitudo cederet/ne ipsum amplius mole

ſtaret: nauicula ꝓprio ductu ad terram reuerſa eſt. ¶Quis igitur tam obſtinate mentis eſſet et impie/ q̄ ꝓdicationē frāciſci contēneret: cuius mirāda fiebat virtute/ vt non ſolū carētia ratiōe diſcipli-nā ſuſciperēt: verūetiā inaiata corꝑa tāq̄ aīata ꝑdicāti ſeruirēt. ¶Aderat equidē ſeruo ſuo fran ciſco ad q̄cunq̄ ꝑgeret/is q̄ cum vnxerat ⁊ miſe-rat ſp̄ūs dñi/et ipſe deivirt⁹⁊ ſapientia x̄ps: vt ſa ne doctrineverbis affluēret/et magne potētie mi raculis coruſcaret. ¶Erat eni verbū ei⁹ velut ignis ardēs penetrans intima cordis: omniūq̄ mētes admiratiōe replebat/cū non humane inuentiōis ornatū ꝓtenderet: ſed diuine reuelatiōis affla tū redoleret. ¶Nam cū ſemel ꝓdicaturus coram papa et cardinalib⁹/ ad ſuggeſtionē dñi hoſtiēſis ſermonē quēdā ſtudioſe cōpoſitum cōmendaſſet memorie: ſtetiſſetq̄ in medio vt edificationis ver ba ꝓponeret/⁊ſic obliuioni tradidit omnia vt ef fari aliquid omnino neſciret. ¶Verū cū hoc veridi-ca humilitate narraſſet ꝓferens ſe ad ſancti ſpiri tus gratiā inuocandā/ tam efficacib⁹ ſubito cepit verbis affluere: tamq̄ potenti virtute illoꝝ mē-tes virorū ſublimiū ad cōpunctionē inflectere: vt aperte clareret/q̄ nō ipe ſed ſp̄ūs dñi loquebat. ¶Et qm̄ ſibi primo ſuaſerat opere/quod aliis ſua-debat ſermone repꝛehenſorē non timens verita-tem fidētiſſime ꝓdicabat. ¶Neſciebat aliquorum culpas palpare/ſed pungere: necvitā fouere pec cantium/ſed aſpera increpatione ferire. ¶Eadem mētis cōſtantia magnis loquebat et paruis/eadē

q̄ spūs iocunditate paucis loquebat̄ et multis. Oīs etas oīsq̄ sexus: ꝓperabat virum nouuz mū-do celit⁹ datū ⁊ cernere ⁊ audire. Ip̄e vero ꝑ diuer sas regiones ꝓgrediēs euāgelizabat ardēter: dño cooperāte et sermonē cōfirmāte sequētib⁹ signis. In virtute nāq̄ noīs ei⁹ ꝟitatis p̄co frācisc⁹ eijcie bat demonia/ sanabat īfirmos: ⁊ (qd̄ mai⁹ ē) sui ser monis efficacia obstinatorum mentes ad peniten tiam molliebat: simulq̄ sanitatem corporibus red debat ⁊ cordibus/ sicut aliqua comprobant operū eius exempli gratia inferius annotanda.

¶ In ciuitate tuscanella a milite quodam hospi cio deuote susceptus/ filium eius vnicum a nati-uitate contractum ad multā ipsius instantiam ma nu alleuās/ sic subito incolumē reddidit. vt vidēti b⁹ cūctis ꝓtinus cōsolidarēt̄ oīa corpis mēbra. et puer sanus effect⁹ ⁊ fortis/ ꝯfestim exurgeret am bulans et exiliens et laudans deum. ¶ In ciui-tate narmēsi: cū paraliticū quēdā membrorum om nium destitutum officio signo crucis a capite vs-q̄ ad pedes ad instantiam signasset episcopi: per fecte restituit sanitati. ¶ In episcopatu reatino puer quidam sic turgidus a quattuor annis / vt nullo modo propria crura cernere posset a matre cum lachrymis presentatus eidem / statim vt vir sanctus tetigit eum manibus sacris īcolumis est effectus. ¶ Apud ciuitatē ortensem puer vn⁹ ita glomeratus vt caput pedibus portaret applicitū et haberet ossa nōnulla cōfracta: signo crucis ad parētū lachrīabiles p̄ces ab eodē suscepto/ subito

extensus extitit et ilico liberatus.

¶ Wulier quedã ciuitatis eugubij ambas cõtractas z aridas hñs manꝰ/adeovt nichil p illas operari valeret: signo crucis ab eodem in nomine domini sibi facto/tam perfectam obtinuit sospitatem: ꝙ statim rediens domũ/cibos in ministerium eius et pauperũ/quasi altera socrus symonis ꝓpriis manibus prepararet.

¶ Puelle cuidam i castro meua nij oculoꝝ priuate luminibus: cum in trinitatis nomine sputo suo ter ipsius oculos liniuisset/lumen concupitum restituit.

¶ Wulier quedã ciuitatis narnij oculorũ cecitate percussa: signum crucis ab eodem suscipiẽs/lucem recuperauit optatam.

¶ Bononie puer quidã vnũ oculoꝝ macula adeo habẽs obtectũ/vt nichil prius videre posset nec aliquo adiuuari remedio: post signũ crucis a capite vsq; ad pedes p seruum domini sibi factũ/visũ recuperauit tam limpidum: vt postmodum ordinẽ fratrum minorum ingressus/se lõge clarius videre assereret de oculo priꝰ infirmo ꝙ de oculo semper sano.

¶ In castro sãcti geminiani seruus dei a quodã deuoto viro susceptꝰ hospitio/cuiꝰ vxor a demonio vexabatur: post orationem factam/in virtute obedientie imperauit demoni vt exiret: eumq; potestate diuina tam subito effugauit/vt vere clarescere quod obedientie sancte virtuti peruicacia demonum non obsistat.

¶ In ciuitate de castello quidam furibundus et nequã spiritꝰ quãdã obsidẽs mulierem: a viro sctõ obedientie accepto mandato indignabundus discessit/mente simul et corpore liberam(obsessam prius)feminam derelinquens.

¶ Frater quidã infirmitate tam horribili grauabatur vt magis eẽ veratio demõis q̃ naturalis infirmitas a pluribus firmaretur. Hã totꝰ sepe allidebatur ꝛ volutabatur spumans: membris corporis nunc cõtractis/ nũc extẽsis/nũc plicatis /,nũc tortis/nũc rigidis effectis et duris. Quandoq; totus extensus et rigidus/pedibus equatis capiti leuabatur in altum: horribiliter ilico relapsurus Hunc sic miserabiliter ꝛ irremediabiliter egrotã tem/plenus misericordia xpi seruꝰ commiserãs: buccellã sibi panis de quo edebat transmisit Tantam vero gustatus panis contulit egro virtutem: vt deiceps huius infirmitatis molestiã nõ sẽtiret

¶ In comitatu aretii cum diebus pluribus mulier quedã laborasset i partu/eẽtq; iã ꝓxima morti: nullũ oĩno desperãti de vita supererat remedium nisi dei. Cum autem equo vectus ꝓpter corporis infirmitatẽ xpi famulꝰ/ꝓptes illas transitũ habuisset:cõtigit reduci aial pvillã i qua mulier torq̃bat. Hoies ꝙo loci viso equo cui vir sctũsi sederat/ extraxerũt frenũ: vt supponerẽt mulieri Ad cuius cõtactũ mirificũ:omni remoto periculo mulier illico peperit cum salute.

¶ Vir quidã de castro plebis religiosꝰ ac timens deum : corda apud se qua cinctus fuerat sanctus

pater habebat. Cũq; multitudo virorũ ac mulierũ in castro illo variis infirmitatib⁹ laboraret: ibat p infirmantiũ domos/ et intincta corda in aqua dabat bibere patientibus: sicq; p hunc modũ plurimi sanabantur. Et de panibus a viro dei cõtactis gustãtes egroti: diuia operãte virtute cõsequebant celeriter remedia sanitatũ. Cum his et aliis multis miraculorũ ꝓdigiis preco xpi predicans coruscaret: attendebat his que dicebãtur ab eo/ ac si angelus dñi loqueret. Excellens nãq; i ipso prerogatiua virtutũ/ ꝓphetie spus/ efficacia miraculoꝝ/ oraculũ de predicando celitus datũ/ obedientia creaturarum ratiõe carentiũ/ vehemẽs immutatio cordiũ ad verborũ ipsius auditum/ eruditio eius a spu sancto preter humanã doctrinã/ predicandi auctoritas a summo pontifice nõ sine reuelatione cõcessa. insuper et regula in qua forma ꝓdicandi exprimitur ab eodem christi vicario cõfirmata/ sũmi quoq; regis signacula per modũ sigilli corpori eius impressa: tanq; testimonia decem toti seculo indubitanter affirmãt christi preconem franciscum et venerandum officio/ et doctrina autenticũ/ et admirabilẽ sanctitate: ac per hoc tãq; vere dei nuncium xpi euangelium predicasse.

De stigmatibus sacris. Capitu. xiii.

Os erat angelico viro francisco nũq; ociari a bono: quin potiꝰ istar spiritum supnorum in scala iacob aut ascendebat in deum/ aut descendebat ad proximũ. Nam tẽpus sibi cõcessum ad me

ritum/diuidere sic prudenter didicerat: vt aliud proximorum lucris laboriosis impenderet/ aliud contẽplationis trãquillis excessibus dedicaret. Vnde cũ scõm exigentiam locorum et tẽporũ alie ne cõdescendisset procurande saluti: inquietatio nibus derelictis turbaꝝ/solitudinis secreta pete bat/locũq; quietis: quo liberius dño vacans/ex tergeret si quid pulueris sibi ex conuersatione ho minũ adhesisset. Biennio itaq; ãteq; spiritũ red deret celo: diuina prouidentia duce/post labores multimodos perductus est in locum excelsum se orsum: qui dicitur mons aluerne. Cuz igitur (iuxta solitum morem) quadragesimam ibidem ad honorem sancti archangeli michaelis ieiunare cepis set: superne contemplationis dulcedine abundã tius solito superfusus/ac celestium desideriorum ardentiori flãma succẽsus: supernarum cepit im missionum cumulatius dona sentire. Ferebatur quidem in altum/non vt curiosus maiestatis per scrutator opprimendus a gloria: sed tanq; seruus fidelis et prudens inuestigans beneplacitũ dei/ cui se conformare omnimode/summo peroptabat ardere. Immissum est igitur menti eius per di uinum oraculum q; in apertione libri euangelict reuelaretur ei a christo: quid deo in ipso ꝛ de ipso maxime foret acceptum. Oratione itaq; cum mul ta deuotione premissa/ sacrum euangeliorum li brum de altari sumptũ/in sancte trinitatis nomĩe aperiri fecit p sociũ virũ vtiq; deo deuotũ et sctm. Sane cũ i trina libri aptiõe dñi passio sp occurre

ret: intellexit vir deo plenus q̄ sicut x̄pm fuerat imitatus in actibus vite: sic conformis ei esse deberet in afflictionibus et doloribus passionis/ an tecꝫ ex hoc mūdo transiret. Et licet ꝓpter multā austeritatem vite preterite/ crucisq; dominice ba iulationem cōtinuā/ imbecillis esset tam corpore/ nequaquā est territꝰ/ sed ad martyrii sustinētiā vi gorosius animatus. Excreuerat quidem in eo in superabile amoris incēdiū boni ihesu in lampades ignis atq; flāmarum: vt aque multe charitatē eiꝰ tam validam extinguere non valerent. Cum igit seraphicis desideriorum ardoribus sursum agere tur in deum: et compassiua dulcedine in eum trās formaretur/ qui ex charitate nimia voluit crucifi gi: quodāmane circa festū exaltationis sancte cru cis dum oraret in latere montis/ vidit seraphynū sex alas habentem tam ignitas q̄ splendidas/ de celorum sublimitate descendere. Cumq; vola tu celerrimo peruenisset ad aeris locum viro dei ꝓpinquum: apparuit inter alas effigies hominis crucifixi/ in modum crucis manus et pedes exten sos habentis ⁊ cruci affixos. Due ale supra caput ipsius eleuabantur/ due ad volandum extendebā tur: due vero totum velabant corpus. Hoc vidēs vehementer obstupuit: mixtumq; merore gaudiū cor eius incurrit. Letabatur quidem in gratioso aspectu quo a x̄po sub specie seraph cernebat se conspici: sed crucis affixio compassiui doloris gla dio ipsius animā pertrāsibat. Admirabatur q̄ plu rimum in tam inscrutabilis visionis aspectu: sciēs

q̄ passionis infirmitas cū īmortalitate spirit⁹ se
raphici nullatenus cōueniret. Intellexit tandē
ex hoc (domino reuelāte) q̄ ideo huiusmodi visio
sic diuina prouidētia suis fuerat presētata cōspe
ctibus: vt amicus xp̄i prenosset se nō p̄ martyriuz
carnis/sed per incēdiū mentis/totum in xp̄i cru-
fixi similitudinem transformandum. Disparens
igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ar-
dorēm: sed et in carne nō minus mirabilē signoꝝ
impressit effigiem. Statim nāq̄ in manibus eius
et pedib⁹ apparere ceperūt signa clauorū: quem-
admodū pauloante in effigie illa viri crucifixi cō
spexerat. Manus enī ⁊ pedes ī ipso medio clauis
cōfixe videbāt: clauoꝝ capitib⁹ ī interiori p̄te ma
nuū/⁊ supiori pedū apparētib⁹: et eoꝝ acuminib⁹
existētib⁹ ex aduerso. Erātq̄ clauoꝝ capita in ma
nibus et pedibus rotūda et nigra: ipsa vero acu-
mina/oblongua/retorta/et quasi repercussa: q̄ de
ipsa carne surgētia carnē reliquā excedebāt. Dex
trum quoq̄ latus quasi lancea trassixū/rubra cica
trice obductum erat: q̄d sāguinē sacrum effūdēs/
tunicam et femoralia respergebat. Cernēs autē
xp̄i seruus / q̄ stigmata carni tam luculenter im-
pressa socios familiares latere non possent: ti-
mens nichilominus publicare dn̄i sacramentum/
in magno positus fuit dubitationis agone: vtrum
videlicet q̄d viderat diceret vel taceret. Uocauit
p̄inde aliquos ex fratribus: et generalibus ver-
bis loquens dubium coram eis proposuit /⁊ consi
liū req̄siuit. Quidā de fr̄ibus gratia illuminat⁹ ⁊

nomine/intelligens q̄ aliqua miranda vidisset/ pro eo q̄ videbatur admodum stupefactus: dixit ad virum sanctum. Frater/non solum propter te/ verumeti am propter alios scias tibi ostendi aliquando sacramenta diuina. Timendum propter ea iure videtur/ne si q̄ pluribus profuturum accepisti celaueris: pro talento abscondito reprehēsibilis iudiceris. Ad cuius verbū motus vir sctūs licet alias dicere solitus esset secretum meū mihi: tunc tamen cū multo timore seriem retulit visionis p̄fate: addens q̄ is qui sibi apparuerat aliqua dixerat: que nunquā dū viueret alicui hominū aperiret. Credendū sane/tam archana illa fuisse sacri illi⁹ seraph iu cruce mirabiliter apparētis eloquia: q̄ forte nō liceret hoīb⁹ ea loqui. Post q̄s igit̄ ver⁹ x̄pi amor/in eādem imaginē transformauit amantē: quadraginta dierū numero iuxta q̄d decreuerat in solitudine cōsūmato/ supueniēte quoq̄ solēnitate archangeli michaelis/ descendit angelicus vir franciscus de mōte: secū ferēs crucifixi effigiem/nō in tabulis lapideis vel lignеis manu figuratā artificis: sed in carneis mēbris descriptā digito dei viui. Et q̄m sacramentū regis absconderе bonū est: ideo secreti regalis vir cōsciius/signacula illa sacra p̄ virib⁹ occultabat. Verū q̄ dei est ad gloriā suā magna reuelare q̄ facit: dominus ipse qui signacula illa secrete impressерat/ miracula quedā apte p̄ ipsa mōstrauit: vt illoꝝ occulta z mira vis stigmatū/manifesta pateret claritate signorum. In prouincia nāq̄ reatina pestis

Inualuerat valde grauis: que boues et oues sic cō
sumebat crudeliter/ q nullum poterat remedium
adhiberi. Vir autē quidā timēs deū nocte fuit per
visionē cōmonit⁹/ vt ad heremitoriū fratrū festi-
nāter accederet et loturā manuū ac pedū famuli
dei franciſci (qui tunc tēporis morabatur ibidē) ac
ceptā/ sup animalia cūcta respergeret. Mane ita
q surgens venit ad locū: loturaq; huiusce modi p
socios sancti viri latenter obtenta/ oues z boues
languentes ex ea resparsit. Mirabile dictu. Sta-
tim vt aspersio animalia languida et in terra iacē
tia quātūcūq; paululū attingebat / pristino recu-
perato vigore surgebāt cōtinuo: et tanq; nil mali
sensissent ad pascua festinabant. Sicq; factum est
vt per virtutem mirandam aque illius que sacras
plagas cōtigerat/ omnis prorsus plaga cessaret:
pestilensq; morbus a gregibus fugaretur. Circa
prefatum montem aluerne anteq; vir sanctus ibi
contraheret moram: nube ex ipso monte surgente
grandinis violenta tempestas fructus terre con
suetudinarie deuastabat. Sed post illam apparitī
onem felicem/ non sine incolarū admiratiōe grā-
do cessauit: vt celestis illi⁹ visionis excellentiā z
stigmatū ibidem impressorum virtutem: serenata
preter mortem ipsa celi facies declararet. Contī
git quoq; eum tempore hiemali ꝓpter debilitatē
corporis et asperitatem viarum hominis vni⁹ pau
peris subuectū asello/ sub rupis cuiusdā ꝓminen
tis pnoctare crepidine: vt niuis z noctis supuen
ientium quoquo mō declinaret incommoda quib⁹

prepeditus ad hospicii locũ nõ valuerat peruenire. Cum autẽ vir sanctus hominẽ illũ querulosis submurmurãtem gemitibus hincinde seip̃m iactare sensisset/tanq̃ q̃ tenui operimento cõtectus quiescere pre frigoris acerbitate nequibat: diuini amoris feruore succensus/manu illũ ꝓtensa palpauit. Mirabile certe. Repente ad illius sacre manus cõtactũ/que seraphici calculi gerebat incendiũ(omni fugato frigore) tantus in virũ intus et extra calor aduenit: ac si quedã in eum vis flammea ex fornacis spiraculo ꝓcessisset Nam illico et mente confortatus et corpore/suauius iter saxa et niues vsq̃ mane dormiuit: ꝙ nunquã i ꝓprio lecto pausauerat/sicut ipse postmodũ asserebat. ¶ Certis itaq̃ cõstat idiciis sacra illa signacula illius impressa fuisse virtute/qui operatione seraphica purgat/illuminat/et inflammat: cum ipsa forinsecus expurgando a peste/salutẽ/serenitatẽ/et calorẽ corporibus efficacia mira conferrent: sicut et post mortẽ euidentioribus est demõstratũ prodigiis/suo loco posterius annotandis. Ipse vero licet thesaurũ inuentũ in agro multa diligẽtia studeret abscõdere: latere tñ nõ potuit quin aliqui stigmata manuũ viderẽt ac pedũ: q̃q̃ man⁹ quasi sẽp portaret cõtectas/ ⁊ pedib⁹ ex tũc incederet calciatis. Uiderũt enĩ dũ viueret fr̃es plurimi/qui licet essent propter sãctitatẽ p̃cipuã viri per oĩa fide digni: tñ ad om̃e dubiũ amouẽdũ/sic eẽ ac se vidisse tactꝫ sacrosãctis iuram̃to firmarũt. Uiderũt etiã ex familiaritate quã cũ viro sctõ

habebant aliq̃ cardinales: laudes sacrorũ stigmatum/prosis/et hymnis/ac antiphonis: quas ad ipsius ediderũt honorẽ veraciter iserentes: qui tam verbo q̃ scripto perhibuerunt testimoniũ veritati Summus etiã pontifex dñs alexander/cũ populo p̃dicaret corã multis fratribus ꝛ meipso: affirmauit se dũ sanctus viueret/stigmata illa sacra suis oculis cõsperisse. Viderũt in morte plusq̃ quinquaginta fratres: virgoq̃ deo deuotissima clara cum ceteris sororibus suis/et seculares innumeri: ex quib⁹ (quemadmodũ suo loco dicetur) q̃plurimi et osculati sunt ex deuotiõis affectu: et cõtrectauerũt manibus ad testimonij firmitatem. Vulnus autem lateris tã sollicite occultauit: vt illud nemo posset nisi furtim contueri dũ viueret. Vn⁹ etenim frater qui ei sedule ministrare solit⁹ erat: cũ pia eum cautela vt ad excutiendũ extraheret tunicam iduxisset: attẽte respiciens vidit plagã: cui etiã tres veloci cõtactu digitos applicans/tã visu quã tactu vulneris quãtitatem agnouit. Cõsimili cautela vidit etiã frater ille: qui tunc temporis erat vicarius eius. Frater vero socius mirande simplicitatis/dum infirmitatis causa languentes scapulas contrectaret: manu p capitiũ missa ꝛ casualiter vulneri sacro illapsa magnũ ei dolorẽ inflixit. Proinde portabat ex tunc femoralia ita facta: vt vsq̃ ad ascelas pertingerent/ad vulnus lateris contegendum. Fratres quoq̃ qui illa lauabant vel tunicam excutiebant pro tẽpore (quia inueniebant ea sanguine rubricata) indubitanter p

euidens signum in cognitionē sacri vulneris per
uenerunt: quod postmodum in morte reuelata fa
cie et ipsi cum alijs plurimis contēplati simul ve
nerati sunt. ¶ Eya nūc strenuissime miles xpi ip
sius fer arma inuictissimi ducis: quibus munitus
insigniter oēs aduersarios superabis. Fer vexillū
regis altissimi: ad cui⁹ ituitū omnes pugnatores
diuini exercit⁹ animentur. Fer nichilominus sigil
lū summi pōtificis christi: quo verba z facta tua tā
q̄z irreprehensibilia et autētica: merito ab oīb⁹ ac
ceptētur. Jam enī propter stigmata dñi iesu que i
corpore tuo portas/nemo tibi debz esse molestus
quin poti⁹ quilibet xpi seruus oi esse tenet affecti
one deuotus. Jā per hec signa certissima nō duo
bus aut tribus testibus ad sufficientiā/sed q̄z plu
rimis ad superabundantiā cōprobata: testimonia
dei in te credibilia facta nimis/omne tollunt infi
delibus excusationis velamē: dum credētes in fi
de stabiliunt/spei fiducia surgū agunt/et igne ca
ritatis accendunt. Jam vere impleta est prima vi
sio qua vidisti: videlicet q̄ dux in militia christi fu
turus/armis deberes celestibus/signoq̄z crucis i
signibus decorari. Jam in principio tue cōuersio
nis/crucifixi visio compassiui doloris gladio men
taliter te transfigens sed et auditus vocis de cru
ce tanq̄z de throno christi sublimi et secreto propi
ciatorio procedentis (iuxta quod tuo sacro firma
sti eloquio) vera indubitāter fuisse credunt. Jam
in tue conuersationis progressu/et crucem quāvi
dit frater siluester ex ore tuo mirabiliter procedē

tem/et gladios in crucis modum tua viscera transfigentes quos sacer vidit pacificus. Fecq; secundū crucis figuram in aere sublevatum cum de crucis titulo sanctus predicabat anthonius iuxta quod perspexit angelicus vir monaldus: non fantastica visione sed revelatione celica fuisse conspecta vere creditur et firmatur. Jam denicq; circa finem q; simul tibi ostenditur et sublimis similitudo seraph et humilis effigies crucifixi/ interius te incendens et exterius te conlignans tancq; alterus angelum ascendentem ab ortu solis qui signum in te habeas dei viui: et predictis dat firmitatem fidei et ab eis accipit testimonium veritatis. Ecce iā septē apparitionibus crucis xpi in te et circa te secūdum ordinem temporum mirabiliter exhibitis et monstratis: quasi sex gradibus ad istam septimam in qua finaliter requiescerēs pervenisti. Christi namq; crux in tue conversionis primordio tam proposita q; assumpta/ et dehinc in cōversationis progressu pervitam probatissimam baiulata in teipso continue et in exemplum alijs demonstrata: tanta certitudinis claritate ostendit euangelice perfectionis apicem te finaliter conclusiue/ vt demonstrationem hanc christiane sapientie in tue carnis puluere exaratam/ nullus vere deuotus abijciat/ null⁹ vere fidelis impugnet/ nullus vere humilis paruipendat: cum sit vere diuinitus expressa ⁊ omni acceptione condigna.

¶ De patientia ipsius et transitu mortis. Capitulum quartumdecimum.

Christo igitur iam cruci ꝯfixus frãciscus tam carne q̃ꝫ spiritu/ nõ solũ seraphico amore ardebat in deum/ verumetiam sitiebat cũ christo crucifixo multitudinẽ saluandorũ. Faciebat proinde (quoniã propter excrescentes in pedibus clauos ambulare non poterat) corpus emortuũ ꝑ ciuitates et castella circũuehi: vt ad crucẽ xp̃i ferendam ceteros aĩaret. Fratribus quoqꝫ dicebat. Incipiamꝰ fratres seruire dño deo nostro: qꝛvsqꝫ nũc parũ ꝓfecimus. Flagrabat etiã desiderio magno ad humilitatis redire primordia/ vt leprosis sicut a prĩcipio ministraret: corpusqꝫ iã pre labore collapsũ reuocaret ad pristinam seruitutẽ. Proponebat xp̃o duce se facturum ingentia: ⁊ fatiscẽtibus mẽbris spiritꝰ fortis ⁊ feruidus: nouo sperabat certamine de hoste triũphũ. Neqꝫ enĩ languor vel desidia locũ habet vbi amoris stimulus semper ad maiora perurget. Tanta in eo carnis ad spiritũ erat cõcordia/ tanta obedientie promptitudo: ꝙ cũ ad omnẽ niteretur sanctitatẽ pertingere/ ipsa non solũ non repugnaret sed et precurrere conaretur. Ut autẽ viro dei cumulus meritoruꝫ accresceret/ que omnia vere in patientia consummant̃: cepit ĩfirmitatibus multimodis laborare tam grauiter/ vt vix ĩ eo mẽbrũ aliquod remaneret absqꝫ ingenti passiõis dolore. Ad hoc tãdẽ pervarias ⁊ diuturnas ac ꝯtinuas egritudines deductꝰ est: vt consũptis iã carnibus quasi sola cutis ossibus cohereret. Cũqꝫ duris corporis angeret̃ doloribꝰ: illas suas angusti-

as nõ penarũ censebat noĩe sed sororũ. Cũ autẽ semel graui⁹ solito dolorũ vrgeretur aculeis: q̃daz frater simplex dixit ad eũ. Frater ora dñm vt mitius tecũ agat: manũ enĩ suã pl⁹ debito sup te grauare videt. Quo audito vir sanctus cũ eiulatu exclamãs ait. Nisi nossem ĩ te simplicẽ puritatẽ/ tuũ ex nunc abhorrerẽ cõsortiũ: q̃ ausus fueris circa me diuina iudicia reprehẽsibilia iudicare Et licet totus esset attrit⁹ grauis ꝓlixitate lãguoris: ꝓijciens se in terrã ossa debilia duro casu collisit Et deosculãs humũ: gr̃as ĩquit tibi ago dñe de⁹ de oĩbus his dolorib⁹ meis/ teq̃ mi dñe rogo vt centuplum si tibi placuerit addas: quia hoc erit michi acceptissimũ vt affligẽs me dolore non parcas: cũ tue sancte volũtatis adipletio sit michi ꝯsolatio supplena. Uidebat ꝓpterea fratrib⁹ q̃ quasi alterũ iob viderãt: cui cũ lãguor cresceret carnis/ crescebat simul ⁊ vigor mẽtis. Ip̃e aũt obitũ suũ longe ante presciuit: dieq̃ trãsitus ĩminẽte dixit fratrib⁹ sui corporis tabernaculũ deponẽdũ ĩ ꝓximo/ quẽadmodũ sibi fuerat reuelatũ a xp̃o ¶ Cũ itaq̃ per biẽnium ab imp̃ssione sacroꝝ stigmatũ anno videlicet a sua cõuersione vicesimo/ multis fuisset angustiantiũ infirmitatum ꝓbatiuis tũsionib⁹ cõquadrat⁹/ tãq̃ lapis ĩ supne hierusalẽ edificio collocãdus/ ⁊ tanq̃ ductile opus sub multiplicis tribulatiõis malleo ad ꝑfectionẽ adductus: ad sãctã mariã de portiũcula se portari poposcit/ quatinus vbi accepat spm̃ gr̃e: ibi redderet spm̃ vite. Quo cũ fuisset perduct⁹/ vt veritatis exẽplo mon

straret q nichil erat illi cõe cum mundo: in illa in firmitate tam graui que omni languori concluſit/ ſup nudam humũ ſe totũ nudatũ in ſpũs feruore proſtrauit: quatinus hora illa extrema in qua poterat adhuc hoſtis traſci nudus luctaretur cũ nudo. Decubãs ſic in terra ſaccina veſte depoſita/ faciem ſolito more leuauit in celũ: et intendẽs illi glorie totus/ manu ſiniſtra dextri lateris vulnus nevideretur obtexit. Et ait ad fratres. Ego q̃d meũ eſt feci: quod veſtrũ eſt xp̃s edoceat. Illachrymantibus autem ſocijs ſancti qui miro fuerãt cõpaſſionis telo pcuſſi: vnus ex eis quẽ vir dei guardianum ſuum eſſe dicebat/ votum ipſius diuina inſpiratione cognoſcens feſtinus ſurrexit: et acceptam cum corda et femoralibus tunicam pauperculo chriſti obtulit dicens. Hec tibi tanq̃ paupert commodoet tu illa ſuſcipias obediẽtie ſancte mãdato. Gaudet ex hocvir ſanctus et iubilat pre letticia cordis/ qm̃ fidem tenuiſſe dñe paupertati vſq; in finem ſe vidit: palmaſq; leuãs ad celũ xp̃m ſuum magnificat/ pro eo q exoneratus ab oib⁹ liber vadit ad ipſũ. Fecerat enĩ hec oia paupertatis zelo. vt nec habitum quidem vellet habere niſi ab alio commodatuz. Voluit certe per oia chriſto crucifixo eſſe conformis: qui pauper et dolens et nudus in cruce pepẽdit. Propter quod ꝛ in pricipio conuerſionis ſue nudus remãſit coram antiſtite/ et in cõſũmatione vite nudus voluit de mũdo exire. fratribuſq; ſibi aſſiſtẽtibus inobediẽtia caritatis iniunxit/ vt cũ viderent eũ iam eſſe defunctũ:

per tã longũ spaciũ nudũ sup humũ iacere pmit-
terent/ q vnius miliarij tractũ suauiter quis per-
ficere posset. O vere xpianissimũ virũ: qui ⁊ viuẽs
xpo viuẽti/ et moriẽs moriẽti/ et mortuus mortuo
pfecta esse studuit imitatione cõformis: et expssa
pmeruit similitudĩe decorari. ¶ Hora deniq; sui
transitus propinquante/ fecit oẽs fratres existen
tes in loco ad se vocari: et eos cõsolatorijs verbis
p sua morte demulcẽs/ paterno affectu ad diuinũ
est hortatus amorem. De patientia et pauptate ⁊
sancte romane ecclesie fide seruãdis sermonẽ pro
traxit: ceteris institutis sctm euãgeliũ ãteponẽs
Circũsedẽtibus vero oĩb⁹ fratrib⁹ extẽdit sup eos
man⁹/ in modũ crucis brachijs cãcellatis/ p eo q
hoc signũ semper amabat: et oĩbus fratribus tam
p̃sentibus q̃ absentib⁹ in crucifixi virtute ac noĩe
bñdixit. Insup et adiecit. Ualete filij oẽs in timo
re dñi: et pmanete in eo semp. Et qm̃ futura tẽta
tio ⁊ tribulatio appropĩquat: felices q̃ perseuera
bũt ĩ his q̃ recepert. Ego vero ad deũ ppero: cui⁹
gr̃e vos omẽs cõmendo. Suaui huiusmodi admo
nitiõe cõpleta: iussit vir deo charissim⁹ euãgelioꝝ
sibi codicẽ apportari/ ⁊ euãgeliũ scd̃m iohãnẽ qd̃
incipit ab eo loco/ ante diẽ festum pasche sibi legi
poposcit. Ipse vero prout potuit in huius psalmi
vocẽ erupit. Uoce mea ad dñm clamaui/ voce mea
ad dñm deprecatus sum: et ad finẽ vsq; cõpleuit.
Me (inq̃t) expectant iusti: donec retribuas michi.
¶ Tãdẽ cũctis ĩ eũ ꝯpletꝫ misterijs: aĩa illa sctis
sima carne soluta/ ⁊ in abyssũ diuine claritatis ab

forta: btūs vir obdormiuit i dño. Anus aūt ex fratribus et discipulis eius / vidit aiam illā beatam sub specie stelle prefulgide a cādida subuectā nubecula / sup aquas multas in celum recto tramite surſū ferri: tanq̄ sublimis sanctitatis candore p̄nitidā / z celestis sapiētie simul et gr̄e vbertate repletā: q̄bus vir sctūs p̄meruit locū introire lucis z pacis / vbi cū x̄po sine fine q̄escit Minister quoq̄ fratrū i terra laborist̄c erat frater augustin⁹ / vir vtiq̄ sctūs z iustus: q̄ i hora vltima posit⁹ / cū iam p̄idē amisisset loq̄lā / audiētibus q̄ astabāt subito clamauit et dixit. Expecta me p̄ expecta: ecce iā venio tecū. Querētib⁹ fratrib⁹ z admirātib⁹ multū cui sic loq̄reť audacter: rn̄dit. Nōne videtis patrē n̄m frācisc̄ū: q̄ vadit ad celū: Et stati sctā ipsi⁹ aia migrās a carne: patrē est secuta sctissimū. Eps assisinas ad oratoriū scti michaelis i mōte gargano tūc tp̄is pegrinatōis causa p̄rexerat: cui btūs frācisc⁹ apparēs nocte trāsit⁹ sui dixit. Ecce reliquo mūdū: z vado ad celū. Mane igit̄ surgēs eps sociis narrauit q̄ vidit z assisiū rediēs cū sollicite pquisisset / certitudinaliter ꝓperit q̄ ea hora qua sibi p visionē inotuit: btūs p̄ ex hoc mūdo migrauit. Alaude aues lucis amice / z crepusculoꝝ tenebras horrescētes / hora trāsitus sctī viri cū iam esset noctis secuture crepusculū / venerūt in multitudine magna supra tectū dom⁹: z diu cū isolita quadā iubilatiōe rotātes / glorie sancti (qui eas ad diuinā laudem iuitare solitus erat) tam iocundum q̄ cui dens testimonium perhibebant.

¶ De canonizatione et translatione ipi⁹. Ca. xv.

Franciscus igitur seruus et amicus altissimi/ordinis minorũ fratrum institutor z dux: paupertatis pfessor/penitentie forma/veritatis preco/sanctitatis speculũ/et totius euangelice pfectionis exemplar: supernа preuentus gratia/ordinato pgressu ab infimis peruenit ad summa. ¶ Hunc virum mirabilẽ vtpote paupertate prediuitem/humilitate sublimẽ/mortificatione viuidum/simplicitate prudentem/omniq; morũ honestate conspicuum: quem in vita dominus mirabiliter effecerat clarũ/in morte fecit incõparabiliter clariorẽ. ¶ Beato nãq; viro migrãte a seculo/spiritus ille sacer domum eternitatis ingrediẽs: fontisq; vite hausru plenario gloriosꝰ effectus/expressa quedam in corpore future glorie signa reliquit: vt caro illa sanctissima que crucifixa cũ vicis in nouam iam creaturam trãsierat/et passionis xpi effigiem priuilegij singularitate preferret: z nouitate miraculi resurrectionis speciem premonstraret. ¶ Cernebãtur quidem in membris illis felicibus claui/ex eius carne virtute diuina mirifice fabrefacti: sicq; carni eidem innati/q; dum a parte qualibet premerentur: protinꝰ quasi nerui continui et duri ad partẽ oppositam resultabant. ¶ Inuentaq; fuit patentius in ipsius corpore nõ inflicta humanitus neq; facta plaga vulneris lateralis/instar vulnerati lateris saluatoris: quod redẽptionis z regenerationis humane in ipso redemptore nostro protulit sacramentum.

Erat autem similitudo clauoꝝ nigra quasi ferrum vulnus autem lateris rubeum/et ad orbicularitatem quandam carnis contractione reductum: rosa quedam pulcherrima videbatur. Caro vero ipsius reliqua que prius tam ex infirmitate q̃ ex natura ad nigredinem declinabat/candore nimio renitescens: illius scd̃e stole pulchritudinem pretẽdebat. Membra ipsius adeo mollia ⁊ tractabilia se p̃bebant palpantibus/vt conuersa viderentur in teneritudinẽ puerilis etatis: et quibusdã cernerentur euidentibus signis innocentie decorata. Cũ igitur in candidissima carne claui nigrescerent/plaga vero lateris vt vernans roseus flos ruberet: mirandũ non est si tam formosa et miraculosa varietas/iocunditatem et admirationẽ contuentibus ingerebat. Lachrymabãtur filij ꝓ subtractione tam amabilis patris: sed ⁊ non modica perfundebantur leticia/dum deosculabantur ĩ eo signacula sũmi regis. Miraculi nouitas planctũ vertebat in iubilum: et intellectus rapiebat indaginem in stuporem. Erat quippe tam insolitum/tamq̃ insigne spectaculum cõtuentibus omnib⁹ et firmamentum fidei et incitamentum amoris: audientibus vero admirationis materia et excitatio desiderij ad videndum. Audito siquidem transitu patris beati et fama diffusa miraculi/accelerans populus cõfluebat ad locũ: vt id cerneret oculis carnis/qd̃ a ratione dubiũ om̃e repelleret: et affectioni gaudium cumularet. Admissi sũt itaq̃ assisinates ciues q̃plurimi: ad stigmata illa

sacra contemplanda oculis et labijs osculanda. Unus autem ex eis miles quidam litteratus et prudens hieronimus nomine/vir vtiq; famosus ⁊ celeber: cum de huiusmodi sacris signis dubitaſ set/essetq; incredulus quasi thomas: feruentius ⁊ audacius coram fratribus ⁊ alijs ciuibus mouebat clauos/sctiq; manus pedes et latus manib⁹ ppzijs contrectabat: vt dum vulnerum xpi veracia illa signa palpando contingeret/de sui et omniũ cozdibus omne dubietatz vulnus amputaret. Propter quod et ipse inter alios huius veritatis tam certitudinaliter agnite testis constans postmodum effectus est: et tactis sacrosanctis iuramẽto firmauit. Fratres autem ⁊ filij q̃ vocati fuerãt ad transitum patris/cum omni multitudine populozum noctẽ illam in qua chzisti almus confessoz decessit sic diuinis laudib⁹ dedicarũt: vt nõ defunctoz exeq̃e/sz angeloz excubie viderẽtur. Wane ꝓo facto/turbe q̃ cõuenerãt acceptz arboz ramis ⁊ cereoz mltiplicitatis luminib⁹: cũ hymnis ⁊ cãticis sacrũ corp⁹ ad ciuitatẽ assilij detulerũt. Trãseũtes quoq; p ecclesiã sancti damiani in qua virgo illa nobilis clara (nũc gloziosa i celis) tũc iclusa cũ virginib⁹ mozabat: ibiq; aliquãtulũ subsistẽtes: sacrũ corp⁹ margaritz celestibus ĩsignitũ videdũ ⁊ osculãdũ sacris illis virginib⁹ obtuleſt. Per ueniẽtes deniq; ad ciuitatẽ cũ iubilo: pciosũ thesaurũ quẽ portabãt i ecclia scti geozgij cũ oi reuerẽtia cõdiderũt In eo siq̃dẽ loco puerul⁹ lras didicit: ibiq; post modũ primitus predicauit: postremo

ibidem locuz primum quietis accepit. Transit autē venerabilis pater ex huius mundi naufragio anno dñice incarnationis millesimo ducentisimo vicesimo sexto: quarto nonas octobris/die sabbati in sero/ sepultus in die dñico. Cepit autem vir beatus cōtinuo diuine faciei supirradiāte respectu/magnis z multis coruscare miraculis: vt sublimitas sctitatis ei⁹ q̄ ipso viuente in carne ad morum directionē p exēpla perfecte iusticie innotuerat mundo/illo iam regnante cū christo ad omnez fidei firmitatem per miracula diuine potētie comprobaretur e celo. Cūq; in diuersis orbis partib⁹ gloriosa ei⁹ miracula/largaq; p ipm impetrata bñficia plurimos ad xpi deuotionem accenderent/z ad ipsius sancti reverētiā incitarēt: acclamantib⁹ tam linguis sermonū q̄ operū/ad aures sūmi pōtificis dñi gregorii noni q̄ p seruū suū frācisc⁹ de⁹ operabatur magnalia peruenerunt. Sane cū idē pastor ecclesie/non solū ex miraculis auditis post mortem/verumetiam experimentis in vita ipsius oculis visis et manibus contrectatis/sanctitatem eius mirabilem plena fide certificatus agnosceret: ac per hoc in celis glorificatū a dño nullaten⁹ dubitaret: vt xp̄o(cuius erat vicari⁹) concorditer ageret/hunc in terris reddere celebrem tāq; omni veneratione dignissimum/ pia consideratione disposuit. Ad omnem quoq; certitudinem faciendā orbi terrarum de glorificatione viri sanctissimi inuenta miracula et conscripta/et testibus idoneis approbata/examinari fecit per illos qui minus

inter cardinales fauorabiles negocio videbant. Quibus diligēter discussis ꝛ ab oīb⁹ approbatis/ de fratrū suorū ꝛ omniū ꝓlatoꝝ q̄ tunc erāt in curia concordi cōsilio et assensu: canonizandū decreuit. Veniēs itaq; ꝑsonaliter ad ciuitatē assisij: anno dñice incarnatiōis millesimo ducētesimo vicesimo octauo/ decimo septimo Ikalendas augusti/ die dñico: cū maximis (que lōgum foret enarrare) solꝛmnijs beatū patrē cathalogo sāctoꝝ ascripsit Anno vero dñi millesimo ducētesimo tricesimo/ cōueniētib⁹ fratrib⁹ ad capitulū generale assisij celebratū: ad basilicā in honorē ipsius cōstructā/ corpus illud dño dedicatū octauo Ikalēdas iunij translatū est. Dū autē ille sacer trāsportaret: thesaurus bulla regis altissimi cōsignatus/ miracula plurima ille cuius effigiē ꝑferebat opari dignat⁹ est: vt ꝑ odorē ipsius saluificū/ affectus traheret fideliū ad currendū post xp̄m. Erat reuera condignū/ vt quē deus in vita sibi placentē et dilectum effectū/ in paradisū ꝑ cōtēplationis gratiā trāstulerat vt enoch/ et ad celū in curru igneo ꝑ charitatis zelum rapuerat vt heliam: eius iam vernantis iter flores illos celicos plantationis eterne ossa illa felicia/ de loco suo pullulatione mirifica redolerent. ¶ Porro sicut vir iste beatus mirandis virtutū signis in vita claruerat: sic ꝛ a die trā situs sui vsq; in p̄sens/ per diuersas mundi partes p̄claris miraculorum prodigiis/ diuina se potentia glorificante coruscat. Nam cecis ꝛ surdis/ mutis et claudis/ ydropicis et paraliticis/

demoniacis et leprosis/naufragijs ꝛ captiuis/ipsius meritis remedia conferūtur: oibusꝫ morbis necessitatib⁹ et periculis subuenitur. Sed ꝛ multis mortuis per ipsum mirifice suscitatis/innotescit fidelibus mirificans sanctū suū magnificēti a virtutis altissimi: cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen

¶ Explicit vita beati franciſci.

¶ Incipiunt quedam miracula ipsius post mortē ostensa: et primo de virtutibus sacrorū stigmatū.

AD omnipotentis dei honorem/et gloriam beati patris franciſci/post glorificationē ipsius in celis/aliqua ex approbatis conscripturus miracula: ab illo precipue cēsui sumendum fore initium/in quo crucis iesu virtus ostendit et gloria innouatur. Nouus igitur homo franciſcus nouo et stupendo miraculo claruit/cum singulari priuilegio retroactis seculis non concesso insignitus apparuit: sacris videlicet stigmatibus decoratus/et configuratus in corpore mortis huius corpori crucifixi. De quo q̄cq̄d humana lingua dicatur: minus erit a laude condigna: Totum quidem viri dei studium tam publicum q̄ priuatum/circa crucem dñi versabatur. Et vt crucis signaculo cordi ei⁹ a principio sue conuersionis impressо corpus consignaret exterius/in ipsa se cruce recludens habitum penitentie sumpsit crucis imaginem preferētem

quatinus sicut mens eius intus dñm crucifixū in-
duerat/sic et corpus eius indueret arma crucis. &
in quo signo deus potestates aereas debellarat:
in eodem suus exercitus dño militaret. Sed et a
principio temporis quo crucifixo militare ceperat/
diuersa circa eum crucis prefulsere misteria:sicut
vite ipsius consideranti decursum clarius innote
scit.qualiter apparitione crucis dñice septiformi
tam cogitatu q̄ affectu et actu:totus fuit in cruci-
fixi effigiem per ipsius extaticum transformatus
amorem:Digne igitur summi regis clementia su-
is amatoribus vltra omnem estimationē hominū
condescendens/sue crucis vexillum ipsius corpo
ri deferendum impressit: vt qui mirando fuerat
crucis amore preuētus/mirando etiam fieret cru-
cis honore mirificus. Ad huius stupendi miraculi
irrefragabilem firmitatem/non solum videntium
et palpantium testimonia per omnem modum cre
dibilia:verūetiam apparitiones mirabiles et vir
tutes post ipsius obitum cotuscantes/ad omnem
mentis effugandum nubilum suffragantur. Feli-
cis nāq; recordationis dñs gregorius papa non⁹/
(de quo vir sanctus pphetando predixerat qō ad
dignitatē foret apostolicā sublimandus) anteq̄
crucis signiferū cathalogo sanctorum ascriberet:
scrupulum quēdam dubitationis in corde gerebat
de vulnere laterali. Nocte vero quadā(sicut ipse
felix antistes referebat cū lachrymis)btūs ei frā
cisc⁹ q̄dā faciei p̄tēsa duricia ī sōnis apparuit & he
sitationē cordis ipi⁹ redarguēs eleuauit brachiū

dextruz detexit vulnus: fialamqz popoſcit ab ipſo vt ſcaturientē reciperet ſanguinem qui ex latere defluebat. ¶Obtulit in viſione ſummus pontifex fialam poſtulatam: q̄ vſqz ad ſummū ſanguine pro fluente de latere videbaꝫ impleri. ¶Extūc ad illū ſacrū miraculū tāta cepit deuotione affici et emulatione feruere: vt nullo modo pati poſſet/ q̄ aliquis p̄fulgētia illa ſigna ſuperba p̄ſumeret impugnatiōe fuſcare: qui eū ſeuera īcrepatiōe feriret.

¶Frater quidam ordine minor/officio p̄dicator/ virtutis et fame prerogatiua prepollens/cui firmiter erat de ſancti ſtigmatibus perſuaſum: dum humano ſenſu miraculi huius apud ſe rationem pquireret/dubitationis cepit cuiuſdā ſcrupuloti tillari. ¶Cum igiꝫ p dies plurimos ſenſualitate ſu mente vigorē luctam huiuſmodi pateretur: nocte dormienti ſctūs franciſcus pedibus lutulētis apparuit/humiliter durus et patiēter iratus. ¶Et q̄ ſunt(ait)iſta in te cōflictationū certamina/ q̄ dubitationum ſordes: ¶Vide manus meas et pedes meos. ¶Cūqz ille videret manus cōfixas: lutulēto rū pedum ſtigmata nō videbat. ¶Remoue (inquit) lutum a pedibus meis: et cognoſce loca clauorum ¶Quos cum ille apprehendiſſet deuote lutum ſibi videbaꝫ abſtergere: locaqz clauoꝝ manib⁹ contrectare: ¶Continuo vt euigilat lachrymis irrigaꝫ: et priores affectus quodāmodo lutulentos/tam lachrymarū ꝑfluuio q̄z publica cōfeſſione deterſit.

¶In vrbe roma matrona quedā morū claritate ac parētū gloria nobilis/ſctm̄ frāciſcū i ſuū elege

rat aduocatū: ipſius habēs depictā imaginē in ſe creto cubiculo/ vbi patrē in abſcondito exorabat Dievero quadā cum orationi vacaret/ conſiderās imaginem ſancti ſacra illa ſigna ſtigmatū non habentem: dolere cepit nō modicum et mirari. Sed non mirum ſi in pictura non erat: qō pictor omiſerat. Cunqz per plures dies quid cauſe foret defectus huiuſmodi mēte ſollicita pertractaret: ecce ſubito die quadam apparuerunt ſigna illa mirifica in pictura/ſicut in aliis ipſius ſancti imaginibus pingi ſolent. Tremefacta illa filiam ſuā deo deuotam protinus aduocauit: requirens ſi abſqz ſtigmatibus vſqz tunc imago fuiſſet. Affirmat illa z iurat ſic olim ſine ſtigmatibus extitiſſe: et nunc vere cum ſtigmatibus apparere. Verum quia mens humana ſemetipſam frequenter impellit vt cadat/et in dubium reuocat veritatē: ſubintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia/ne forte ſic fuiſſet imago a principio conſignata. At dei virtus ne primum contemneretur miraculum: addidit et ſecundum. Continuo namqz diſparentibus ſignis illis/nudata priuilegiis imago remanſit: vt p ſequens ſignū fieret probatio precedētis ¶ In cathalonia quoqz apud ilerdam accidit virū quēdā noie iohannē beato frācisco deuotum/ quodā ſero per quādā incederc viā: in qua p̄o inferenda morte latitabant inſidie: nō quidē ipſi q̄ inimicitias nō habebat/ſed alteri cuidā q̄videbatur ſimilis eius: et tunc erat in comitatu ipſi9. Exurgens aūt quidā de inſidijs: cum hoſtem ſuū hūc

esse putaret tam letaliter eum plagis pluribus gladiauit: vt nulla prorsus supereſſet ſpes recuperande ſalutis. Siquidē primo inflicta pcuſſio humerū cū brachio pene totū abſciderat: et ictus alius ſub māmilla tantā reliquerat apturā vt flatus inde pcedens circa ſex cādelas ſimul iūctas extingueret. Cum igit iudicio medicoꝝ ipſius impoſſibilis eſſet curatio: p eo q putreſcētibus plagis ex eis fetor tam intolerabilis exalaret/ vt eti am ipſa eius vxor vehemēter horreret/ nulliſq; tā hūanis iuuari poſſet remedijs: cōuertit ſe ad beati patris franciſci patrociniū quāta poterat deuotione poſcendū/ quē r inter ipſos ictus/ vna cum beata virgine fidentiſſime inuocarat. Et ecce miſero in lectulo calamitatis ſolitario decubāti/ cū franciſci nomen vigilans eiulans frequentiꝰ replicaret/ aſtitit quidā in habitu fratris minoris: p feneſtram vt ei videbat ingreſſus. Qui vocans eum ex nomine dixit. Quia fiduciam habuiſti in me: ecce dñs liberabit te. A quo cū eger qs eſſet iquireret franciſcū ille ſe eſſe reſpondit. Et ſtati appropians vulnerum illius ligaturas reſoluit: et eum vnguento per omnes plagas vt videbatur perunxit. Statim autem vt ſenſit illarum ſacrarū manuum ſtigmatum ſaluatoris virtute ſanare valentium ſuauem contactum: expulſa putredine/ reſtituta carne/ r vulneribus ſolidatis: reſtitutus eſt integre priſtine ſoſpitati. Quo facto beatus pater abſceſſit. Et ipſe ſentiens ſe ſanatum/ r in vocē diuine laudis et beati franciſci letanter erū

pens: vocauit vxorē. At illa celerius currēs/ ⁊ stare iam videns quem sepeliendum credebat in crastino: cū esset stupore vehementer perterrita vicinam totam clamore compleuit. Accurrentes aūt sui cū illū niterent̄ tanq̄ freneticū in lecto reponere et ille ecōtra renitens assereret ⁊ ostēderet se sanatū/ tāto sunt stupore attoniti: vt quasi sine mēte oēs effecti / fantasticum esse crederēt quod videbāt. Quia quē pauloante conspexerant plagis atrocissimis laniatū et totum iam marcidum: plena cernebant incolumitate iocundū Ad quos ille qui fact⁹ fuerat sanus/ nolite timere (inquit) nolite credere inane quod cernitis: quia sanctus franciscus modo a loco recessit: et illarum sacraꝝ manuum tactu me integre ab omni plaga curauit Crebrescente tandē huius fama miraculi: accelerat populus oīs. Et vidētes in tam aperto ꝓdigio stigmatū beati frācisci virtutē admiratione simul ⁊ gaudio replebant̄/ xp̄iq̄ signiferum magnis laudum preconijs extollebant. Digne quidē beatus pater carne iam mortuus ⁊ viuens cū xp̄o: presentie sue ostensione mirabili et manuū sacrarū palpatione suaui/ vulnerato letaliter viro sanitatē concessit: cum illius in se stigmata tulerit/ qui misericorditer moriens ⁊ mirabiliter surgēs: vulneratum genus humanum et semiuiuum relictum.

Xplagarum suarum virtute sanauit

Pud potētiā apulie cītatē erat q̄dā clericꝰ rogerꝰ noīe: vir honorabilis ⁊ eccl̄ie maioris canonicꝰ. Hic cū īfirmitate q̄ssa

tus die quadã eccleſiã oraturus intraſſet/ in qua erat imago beati frãciſci depicta glorioſa ſtigmata repreſentans: cepit de illius ſublimitate miraculi tãcp̃ de re oino inſolita et impoſſibili dubitare. Subito igitur dñ mẽte plagatus iterius cogitaret inania/ in palma ſiniſtre manꝰ ſub cyrotheca grauiter ſe ſenſit eſſe percuſſũ: ſonitũ audiẽs percuſſure: veluti cũ ſpiculum proſilit de baliſta. Moxcp̃ tam vulnere ſaucius cp̃ ſonitu ſtupefactꝰ/ cyrothecã de manu traxit: vt viſu dignoſceret qđ tactu perceperat et auditu. Cuncp̃ nulla fuiſſet prius in palma percuſſio/ conſpexit in medio manus plagã q̃ſi ſagitte pcuſſiõe inflictã: ex qua tãta vis procedebat ardoris/ vt videret ex illo deficere. Mirabile dictu. Nullus in cyrotheca veſtigium apparebat: vt latenti plage cordis/ latenter inflictꝰ pena vulneris reſpõderet. Clamat exinde per duos dies et rugit dolore grauiſſimo ſtimulatus: ꝛ increduli cordis velamẽ explicat vniuerſis. Credere ſe veraciter ſacra ſtigmata in ſancto fuiſſe franciſco fatetur ꝛ iurat: conteſtans oĩs dubitationis abſceſſiſſe fantaſmata. Orat ſupplicit er ſanctũ dei per ſacra ſibi ſtigmata ſubuenire: ꝛ multas cordis p̃ces multo ipinguat profluuio lachrimaꝝ. Mirũ certe. Incredulitate proiecta: ſanationẽ mentis ſanatio ſequitur corporalis. Omnis quieſcit dolor/ frigeſcit ardor: nullum remanet veſtigiũ percuſſure. Siccp̃ factum eſt vt latẽs mentis infirmitas/ per patẽs carnis cauteriũ ſuguna ꝓuidẽte clemẽtia curaretur: mentecp̃ ſanata

et ipsa caro pariter sanaretur. Fit homo humilis deo/deuotus sancto et fratrũ ordini perpetua familiaritate subiect⁹. Huiꝰrei tam solẽne miraculũ iuramentis firmatũ fuit: et litteris sigilli eẽt munimine roboratis/ipsius ad nos noticia delata puenit. De sacris ergo stigmatibus nulli sit ãbiguitati locus/nullius i hoc(qꝛ deꝰ bonꝰ est)nequã sit oculus:quasi huiusmodi doni largitio sẽpiterne bonitati nõ cõgruat. Si eñ illo amoꝛe seraphyco multa mẽbꝛa capiti cohererẽt xp̃o/vt ꝛ in bello simili armatura inuenirẽtur condigna/ꝛ in regno ad similẽ foꝛent gloꝛiã subuehẽda: nullus hoc sane mentis nisi ad xp̃i gloꝛiã diceret pertinere.

¶ De moꝛtuis suscitatis.

IN castro mõtis marani pꝛope beneuẽtum:mulier quedã sctõ frãciſco peculiari deuotione cohereꝰ viã vniuerse carnis itrauit. Cõueniẽtibꝰ aũt clericis nocte ad exeq̃as ꝛ vigilias cũ psalteriis decantandas:subito cũctis cernentibꝰ erexit se mulier sup lectũ/et vnũ de astantibus sacerdotẽ patrinũ videlicet suũ vocauit dicẽs. Volo cõfiteri pater:audi peccatũ meũ. Ego enim moꝛtua duro eram carceri mancipenda: qm̃ peccatũ qõ tibi pandam necdum confessa fueram. Sed oꝛante (inquit)pꝛo me sancto franciſco/cui dum viuerem deuota mente seruiui/redire nunc ad coꝛpus idultum est michi: vt illo reuelato peccato/sempiternã pꝛomerear vitam. Et ecce vobis videtibꝰ post q̃ illud detexero/ad pmissã requiẽ pperabo Tre

menter ergo ſacerdoti trementi confeſſa/ poſt ab
ſolutionē receptam quiete ſe in lecto collegit:et i
dño feliciter obdormiuit. ¶ In caſtro pomarco i
montanis apulie poſito:patri et matrivnica erat
filia i tenera etate:tenere predilecta Qua infirmi
tate graui ad mortē perducta:parentes eius ſuc-
ceſſionē aliā nō ſperātes / ſe i illa quaſi mortuos
reputabāt. Cōueniētibus ergo cōſanguineis et
amicis ad flebile nimis funus: iacebat mater ffe
lix ineffabilibꝫ cōpleta doloribꝫ:et abſorta ſupre-
ma triſticia:de his q̄ fiebant nichil penitus aduer
tebat. Interim ſanctus frāciſcus vnu tantū ſocio
comitatus apparens/deſolatā viſitare dignatus
eſt feminā quā ſibi ſenſerat eſſe deuotā:r piis eā
affatus alloquijs. noli flere(inquit) nam lucerne
tue lumen quod deploras extinctum: mea tibi eſt
interceſſione reddendū .Surrexit ꝓtinuo mulier
et que ſibi dixerat ſanctus oībus manifeſtās / nō
ꝓmiſit extinctū corpus efferri : ſed cū magna fide
ſancti franciſci nomen inuocans/ et mortuam fili
am apprehendens: viuam et incolumen cunctis
videntibus et mirantibus alleuauit. ¶ Cum fra
tres de noceria peterent quoddā plauſtrū a quo-
dāviro petro nomine/ quo aliquātulū indigebāt:
ſtulte reſpōdit eis ꝑ petito ſubſidio irrogando cō
uiciū:et pro elemoſina ad honorem ſancti poſtu-
lata franciſci/in nomen ipſius blaſphemiā iacu-
lādo. Penituit hoiem ſtatim inſipientie ſue/ diui
no ſup eū irruente pauore/ne forte vltio dñi ſeq̄
retur:ſicut et fuit protinus ſubſecuta. Nam infir-

matus continuo primogenit⁹ eius / paruo elapso spacio spiritū exalauit. Volutabat̄ per humū pater infelix / et sanctum dei franciscum iuocare nō cessans: cum lachrymis exclamabat. Ego sū q̄ peccaui / ego qui inique locutus sum: me in persona propria flagellare debuisti. Redde sancte iam penitēti / q̄ obtuliſti impie blasphemāti Tibi me reddo / tuis me obsequijs sēper expono: nam et deuotum sacrificiuz laudis pro tui honore nois semp offerā xp̄o. Mira res. Ad hec ꝥba surrexit puer: et planctum ꝓhibens: se morientem eductum de corpore / per beatum franciscum deductum asseruit et reductum. ¶ Cuiusdā vbis rome notarij puerulus vix septemnis matrem ad ecclesiam sancti marci euntem puerili more sequi desiderans / dū remanere domi compelleretur a matre per fenestram palacij se proiecit: et vltima quassatione collisus continuo expirauit. Mater vero que nondum longe discesserat / ad sonitum corruentis / precipicium pignoris suspicata celeriter redijt: filiumq̄ reperiens tam miserabili casu repente subtractum / protinus sibi ipsi manus iniecit vltrices: ac dolorosis clamoribus totam excitauit viciniam ad lamentum. Frater vero quidam nomine raho de ordine minorum / illuc se ad predicādū conferens: propinquauit ad puerum et fide plenus ait ad patrē. Credis ne sanctū dei franciscū posse filiū tuū a mortuis suscitare / ꝓpter amorem quē sēp ad xp̄m habuit: ꝓ reddēda vita hoib⁹ cruci fixū: Quo respōdēte se firmiter credere et fideli

confiteri: seruumq; sancti in perpetuũ se esse futurũ/si tñ a deo munus per ipsius merita recipere mereretur: prostrauit se frater ille cum fratre socio in oratione/ceteros qui aderant excitãs ad orandũ. Quo facto: ccpit puer aliquãtulũ oscitare. Et aptis oculis brachijsq; leuatis seipsũ erexit: et statim corã oĩbus ãbulauit icolumis/p mirã dam sanctivirtutem vite simul redditus et saluti.

¶ In ciuitate capue dum puer quidam circa rpã vulturni fluminis cum pluribus iocaretur: incautus cecidit in profundũ. Quem fluminis impet⁹ celeriter vorans/sub sabulo mortuum sepeliuit. Proclamantibus autẽ pueris qui cũ eo luserant circa flumen/populosa illic multitudo conuenit. Cunqz vniuersus populus suppliciter et deuote beati francisci merita inuocaret: vt deuotorum sibi parentum fidem aspiciens/prolem a mortis periculo dignaretur eripere: natator quidam procul astans clamoribus auditis accessit. Et post diutinam inquisitionem inuocato tandem beati frãcisci subsidio / locum inuenit in quo limus in modum sepulcri pueri cadauer obtexerat. Quem effodiens et extra deportans: dolens defunctum inspexit. Licet autem populus qui astabat videret iuuenem mortuum: nichilominus tamẽ flens et eiulans proclamabat. Sancte francisce: redde puerũ patri suo. Sed et iudei quivenerant: naturali pietate commoti dicebant. Sancte frãcisce: redde puerũ patri suo. Subito puer letantibus ⁊ mirãtib⁹ cũctis exurgẽs icolumis/duci se ad eccle

ſiam beati franciſci ſuppliciter poſtulauit: vt gratias illi deuotus exſolueret cuius ſe nouerat virtute mirabiliter ſuſcitatum. ¶ In ciuitate ſueſſa in vico qui ad columnas dicitur: repente quedam corruens domus/vnum abſorbuit iuuenem: et ſubito interemit. Viri autem et mulieres ruine ſonitu excitati vndiq; accurrentes: eleuauerunt hinc inde ligna et lapides: et miſere matri mortuum filium reddiderũt. Illa vero amariſſimis repleta ſingultibus: ſicut poterat doloroſis vocibus exclamabat. Sancte franciſce ſctẽ frãciſce redde michi filium meũ. Non ſolum autem illa: ſed et omnes qui aderant beati patris preſidium flagitabant. Sed cum non eſſet neq; vox neq; ſenſus/cadauer poſuerunt in lectulo: ad ſepeliendũ ipſũ diem craſtinum expectantes. Mater vero fiduciam habens in domino per merita ſancti eius/votum emiſit noua ſe ſindone beati franciſci operturam altare: ſi filium ſuum ſibi reuocaret ad vitam. Et ecce circa mediam noctis horam cepit iuuenis oſcitare. et caleſcẽtibus membris viuus exurgẽs et ſanus/in laudis verba prorupit. Sed et clerũ qui conuenerat ꝛ populũ vniuerſum excitauit ad laudes ꝛ gr̃as: deo ꝛ btõ frãciſco cũ mẽtis leticia perſoluẽdas. ¶ Iuuenis quidã gerlandinus nomine de raguſia oriundus vindemiarũ tẽpore ad vineas exiẽs/cũ in vaſe vinario vt vtres impleret ſub torculari ſe mitteret: repente pregrandes lapides/motis in ſe lignorũ ſtruibus caput ipſius tali percuſſione quaſſarunt. Feſtinauit continuo

pater ad filiū: et desperans obrutum non adiuuit
sed eum sub onere sicut corruit sic reliquit. Accur
runt expeditius vinitores magni clamoris vocez
lugubrem audientes: multoqꝫ cum patre pueri do
lore cōpleti/ extraxerunt iuuenē iam mortuū a ru
ina. Pater vero ipsius iesu pedibus ꝓuolutus hu
militer precabatur: vt filium suum vnicū/ ꝑ sancti
francisci merita (cuiꝰ tunc imminebat solemnitas)
sibi reddere dignaretur. Ingeminabat preces vo
uebat officia pietatis: et sancti viri corpus se visi
taturum cū filio si suscitaret a mortuis ꝓmittebat
Mirum certe. Cōtinuo puer q̄ toto fuerat corpo-
re cōquassatus/ restitutus vite r integre sospitati
gaudens coram oībus exurrexit: plangentes ob-
iurgans/ et sancti francisci suffragijs vite se red-
ditū asseuerans. Quendā aliū mortuū in ale-
mania suscitauit: de quo dñs papa gregorius tem
pore trāslatiōis ipsiꝰ sancti fratres oēs q̄ ad trās
lationē et capitulū cōuenerāt ꝑ apostolicas litte
ras certos reddidit et gaudentes. Miraculi huiꝰ
seriem q̄ ignoraui nō scripsi: credēs papale testi
monium oīs assertionis excellere instrumentum.

De hys quos a mortis peri culo liberauit

In confinibus vbis vir quidam nobi-
lis radulfus noie/ cum deo deuota vxo
re fratres minores suo recepit hospi-
cio: tam hospitalitatis gratia quā bea
ti francisci reuerentia et amore. Ho-

cte vero illa in summitate turris dormiens custos castri/cum iaceret super struē lignorū in ipsa muri positorum crepidine: ipsorum soluta compage in tectum palacij corruit/et exinde super terram. Excitata est ad sonitum casus tota familia: et custodis intellecta ruina dñs castri et domina cum fratribus accurrerunt. Is vero qui ex alto corruerat/absortus fuerat tam profundo sapore: vt nec ad casum euigilaret iterate ruine / nec ad strepitum accurrentis familie cum clamore. Trahentium tandem ⁊ impellentium manibus excitat⁹/ conqueri cepit ꝙ dulci fuisset quiete priuatus: inter beati francisci brachia suauiter asserēs se dormisse. Cū vero de casu proprio doceretur ab alijs et in imo se videret qui in alto iacuerat: stupēs eē factū qđ fieri nō ꝑceperat penitētiā se factuꝝ ob reuerētiā dei et beati frācisci corā oīb⁹ repromisit

¶ In castro pophis quod in campania positum est: sacerdos quidam thomas nomine accessit ad reparandum ecclesie molendinum. Deambulās autem incaute sec⁹ extrema canalis quo gurges profundus copioso defluebat influxu subito casu cauilloso ligno intrusus est: cuius impulsu voluitur molendinum. Cum igitur consertus iaceret ī ligno/et super os ipsi⁹ (quia supinus erat) aquarum impetus inundaret: corde tantum quia lingua nō poterat/sanctum franciscum flebiliter inuocabat. Per magnū vero spacium sic illo iacēte ac de vita ipsius iā penit⁹ socijs desperatis/in cōtrariā partē molam cū violentia reuoluerunt: et

sic electus sacerdos / palpitans volutabatur in aque meatu. Et ecce quidam frater minor / indutus tunica candida et fune succinctus: cū magna suauitate arreptum per brachium extra flumen eduxit dicens. Ego sum franciscus quem inuocasti. Ille vero sic liberatus nimis obstupuit / volēsq; pedum ipsius deosculari vestigia huc atq; illuc anxius discurrebat: querens a socijs. Vbi est ille? Quo abijt sanctus? Qua via discessit? Viri autē illi tremefacti proni ceciderunt in terrā: sublimis dei gloriosa extollētes magnalia / et virtuosa merita humilis serui eius. ¶ Juuenes quidā de burgo celani / prometendis herbis exierant ad campestria quedā / in quibus vetus latebat puteꝰ herbis in summo'ore virentibus obumbratꝰ: qui quasi per passus quattuor aquarū altitudinem continebat. Segregatim igitur per campum discurrentibus pueris: vnus ex improuiso decurrit in puteum. Absorbente autē pfunda fouea corpus / spiritus mentis sursum recurrebat ad beati francisci suffragium: clamans in ipso lapsu fideliter et fidenter. Sancte frācisce adiuua me. ¶ Ceteri huc et illuc se vertentes / dum puer alius nō cōpareret: clamore / circuitu / et lachrymis requirebant eundem. ¶ Comperto tandē q; in puteū cecidisset: festinanter cum gemitu redierunt ad burgū indicantes euentum / exposcentes auxilium. Redeūtibus autem illis cum multa hominum turba / demissus vnus per funem in puteum puerum respexit in aquarū supficie residentē: nichil passum pe

nitus lesionis. Extractus vero de puteo puer: dixit omnibus qui astabant. Quando subito cecidi: beati francisci patrocinium inuocaui. Qui corruẽti michi statim presentialiter affuit/et manũ porrigens leuiter apprehendit: nec vnq̃ deseruit donec vna vobiscum de puteo me eduxit. ¶ In ecclesia beati francisci apud assisiũ/dum presente romana curia predicaret dñs episcopus hostiensis qui vt postmodũ summus pontifex extitit alexander: quidam lapis ponderosus et magnus incaute sup pulpitum excelsum et lapideũ derelictus/ pre nimietate pressure impulsus super caput cuiusdã cecidit mulieris. Estimantes igitur circunstantes pfecte ipsam iam mortuã/et caput eius totaliter conquassatum: cooperuerunt eaz pallio quo erat amicta/vt sermone finito educeretur extra ecclesiam lugubre funus. Ipsa vero se beato francisco (ante cuius iacebat altare) fideliter cõmendauit. Et ecce predicatione finita/ mulier coram omnibus adeo surrexit incolumis: vt nullius in ea lesionis vestigium appareret. Sed et qõd est amplius admirandum/cum per longa temporaz vsq̃ ad horam illam dolorem capitis quasi continuum habuisset: plene fuit extunc ab oĩi morbi molestia liberata/sicut ipsa postmodum testabatur.
¶ Apud cornetum cum in loco fratrũ ad fusionẽ campane viri quidã conuenissent deuoti: puerulus quidam octennis bartholomeuz nomine/exeniũ quoddã fratribus pro laborantibus aportauit. Et ecce subito vẽtus vehemens cõcussa domo

hostium porte graue quidē et magnū super ipsum puerulum ita valido proiecit impulsu: vt quē tam ingens pondus oppressērat/letali crederēt collisione quassatus. Sic enī totaliter iacebat tumulatus sub pondere: vt nichil exterius appareret. Accurrerūt omēs qui aderant beati franciſci virtuosam dexteram inuocātes. Sed et pater ipsius qui rigescentibus membris se mouere nō poterat pre dolore: votis et voce sancto franciſco filiū offerebat. Leuatum est deniqz funestum pondus desuper puerum: et ecce quem credebant mortuū q̄si suscitat⁹ a sōno let⁹ apparuit: nullā i se prorsꝰ pferēs lesionem. Igitur cum. xiiii. esset annorum factus est frater minor: vir postea litteratus et famosus in ordine predicator. ¶ Homines de lentino lapidem pregrandem absciderunt de monte: qui superponendus erat alteri cuiusdam ecclesie beati franciſci/iam in proximo consecrande. Cuz autem fere quadraginta homines lapidem illum superponere vehiculo niterentur repetitis sepius viribus: super quēdam hominem lapis cecidit et in modum sepulchri obtexit. Sed cum mente confusi quid facerent ignorarent: maior pars hominuz desperata dicessit. Porro viri decem qui remanserant lugubri voce sanctum inuocantes frāciscum/ne in suo seruitio sic horrende mori hominē pateretur: resūpto tandē corde/tāta facilitate lapidē amouerūt: vt nullus dubitaret virtutē assuisse franciſci. Surrexit homo incolumis in oībus mēbris: insuper et lumen recuperauit limpidum

oculorũ qđ prius habuerat obscuratum. vt sic omnibus daretur intelligi: q̃ in rebus desperatis beati francisci merita valide sint virtutis

¶ Simile quiddam accidit apud sanctum seuerinũ in marchia de anchona. Dum enim lapis pregrandis de cõstãtinopoli apportatus/ad basilicã beati francisci multorum viribus traheretur: rapido lapsu est sup quẽdã trahẽtiũ deuolut⁹. Cũq̃ ille non solum crederetur defunctus/ sed etiam totaliter cõminutus: assistente sibi beato francisco et lapidẽ subleuante/absq̃ omni lesione sanus ꝛ incolumis/lapidis proiecto pondere prosiliuit

¶ Bartholomeus gaietanus ciuis/cum ad constructionem cuiusdam ecclesie beati francisci non modicũ desudaret: ruẽte trabe q̃dã ifirmiter posita/eiusq̃ opprimente ceruicem fuit grauiter conquassatus. Ipse vero mortem sibi sentiens iminẽtem vti erat vir fidelis ꝛ pius: a quodam fratre viaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non valens (qꝛ mori subito credebatur) beati augustini verbum protulit: dicẽs ei. Crede et manducasti. Sequenti vero nocte beatus franciscus cum vndecim fratribus illi apparuit: ꝛ intervbera portans agniculum ad lectulum eius accessit: vocauitq̃ illũ ex noie dicẽs. Bartholomee noli timere: qꝛ non ꝑualebit aduersum te ĩimicus/q̃ te in meo seruitio voluit impedire. Hic ẽ agn⁹ quẽ tibi dari petebas: quẽ ꝛ ꝓpter bonum desiderium suscepisti/cui⁹ etiã virtute cõseq̃ris vtriusq̃ hois sospitatẽ. Et sic pvulnera manũ ducẽs: ad op⁹ qđ

ceperat eum redire precepit. Qui valde mane cõ
surgens/ꝛ his qui eum seminecem reliquerãt in-
columis et letus apparens: admirationẽ intulit
et stuporem. Sed et ipsorum mentes ad beati pa
tris reuerentiam et amorem: tam exemplo sui q̃ꝫ
sancti miraculo excitauit ¶ Quidam de castro ce
perani noĩe nicolaus: in manus inimicorũ crude-
lium incidit die quadam. Qui crudelitate ferali
vulneribus eum sup̄ vulnera concidentes / æsq̃
adeo super miserum seuierũt: donec vel extinctũ
crederent vel protinus extinguendum Clama-
uerat autem nicolaus predictus cum primos ictꝰ
exciperet: alta voce Sancte francisce succurre mi
chi: sancte francisce adiuua me. Hãc vocẽ a remo
tis audierunt q̃ꝫ plurimi: licet auxilium ferre non
possent. Deportatus tandem domum totus suo
sanguine volutatus/fiducialiter asserebat se mor
tem ex illis vulneribus non visurum/nec etiã se
tunc sentire dolores: qm̃ sanctus franciscus sibi
succurrerat/ꝛ vt penitentiam ageret a dño impe-
trarat. Qd̃ et sequẽs cõfirmauit euẽtus. Nã lotꝰ
a sãguine: cõtinuo cõtra humanã spẽ extitit libe-
ratus. ¶ Filius cuiusdam nobilis in castro sancti
geminiani: valido languore detentus/omniq̃ vl-
terius desperatus salute: ad extremũ vsq̃ ꝑductꝰ
est. Riuus etenim sanguinis emanabat ab oculis
eius: sicut ex vena brachij assolet ebullire. Cete-
risq̃ ꝓpinque mortis veris indicijs in reliquo cor
pore apparẽtibꝰ: iudicabat̃ ꝑ mortuo. Sed et pre
debilitate sp̄us ꝛ virtutꝫ/sẽsus et motꝰ vsu priua

tus: visus est penitus emigrasse. ¶ Congregatis autem ex more ad planctum parentibus et amicis/ac de sola agentibus sepultura: pater ipsius filiam habens in dño/concito gressu ad ecclesiā cucurrit beati francisci que in eodē erat castro cōstructa ꝛ singulo suspenso ad guttur cum omni humilitate se prostrauit in terrā. Sicq; vota vouens et multiplicās preces: suspirijs et gemitibus meruit apud xp̄m: sāctum franciscū habere patronū Reuersus itaq; statim pater ad filium/et sanitati restitutū inuenies: luctū in gaudium commutauit ¶ Simile quiddā meritis sancti operatus ē dominus circa puellam quandam in cathalonia de villa nomie thamarith/ꝛ circa aliam de anchona: quas cum essent pre nimietate egritudinis invlti mo spiritu constitute/beatus franciscus fideliter a parentibus inuocatus/perfecte continuo restituit sanitati. ¶ Clericus quidam de vico albo nomine matheus/veneno mortifero bibito intantū fuit grauatus: q̄ loqui aliquo modo non valens/ solum finalem exitum expectabat. Sacerdos quidam vt sibi confiteretur admonuit: ꝛ verbū vnum ab eo extorquere non valuit. Ipse vero in corde suo humiliter christum orabat: vt per beati francisci merita a mortis eum faucibus eripere dignaretur. Mox; vt confortatus a domino/beati francisci nomen fideli deuotione deprompsit: testib⁹ qui aderant/veneno euomito liberatori suo gratias egit.

¶ De naufragis liberatis.

IN magno maris periculo positi q̃dam naute/cũ ꝑ miliaria decẽ a portu barulitano distarent: ingrauescente nimiũ tempestate/iam de vita dubij anchoras submiserũt. Uerũ spiritu ꝓcellarũ mari feruentius tumescente: fractis funib⁹ ⁊ relictis anchoris incerto et inequali cursu per equora vagabantur. Tandẽ nutu diuino mari placato: ad resumẽdas anchoras (quarũ funes superius anatabant) toto se conamine parauerũt. Cũ q̃ id perficere proprijs viribus non valerent plurimorum sanctorum inuocato subsidio/ multisq̃ iam sudoribus liquescentes: nec vnam per totam diẽ resumere potuerunt Aderat autem nauta quidam perfectus nomine/ sed moribus imperfect⁹ qui cũ irrisione quadã dixit ad socios. Ecce sãctorum omniũ inuocastis auxilium: ⁊ (vt videtis) nullus est qui succurrat. Inuocemus istum franciscũ qui nouellus est sanct⁹: si quomodo ĩ mare se mergat et anchoras perditas reddat. Consenserunt ceteri nõ irrisorie sed veraciter suasioni perfecti: ⁊ ipsius obiurgantes irrisorium verbũ firmauerũt cũ sancto spõtaneum votum. Statimq̃ in momẽto sine aliquo ãmoniculo natauerunt ãchore sup aquas: quasi ferri natura versa foret in ligneam leuitatem ¶ Peregrinus quidam inualidus corpore propter febris peracute sinthomata quam fuerat ante ꝑpessus: naui quadam subuectus de vltra marinis partibus veniebat. Ferebatur autẽ et ipse ad beatum franciscum precipuo deuotiõis

affectu: ꝛ eum ſibi apud celeſtem regem elegerat aduocatum. ¶Cum igitur necdum perfecte liber a morbo ſitis ⁊ guſtiaretur ardoribus: deficiente iã aqua cepit alta voce clamare. ¶Ite fidenter hauri te poculum michi: quia beatus franciſcus vaſculum meum aqua repleuit. Mirum certe. Inuenerunt vas aqua repletum: qꝫ fuerat ante vacuum derelictum. Alio vero die cum tempeſtate ſuborta operiretur nauis fluctibus/ et procellis quateretur peruallidis/ ita vt iam naufragari timerent: cepit idem infirmus ſubito clamore vociferari per nauem. Surgite oẽs (inquit) ꝛ beato franciſco veniẽti occurrite. ¶Ecce ad ſaluãdum nos adeſt. Sic qꝫ cũ voce magna et lachrimis in faciem pcidẽs: adorauit. Statim ad ſanctivi ſionem omnẽ ſoſpitatem reſumpſit infirmus: et maris fuit tranquillitas ſubſequuta. ¶Frater iacobus reatinus cũ in nauicula parua fluuiũ quẽdã cũ aliis fratribus ptrãſiret: ſociis primo ſup ripã poſitis poſtremo ſe ad exitũ pparabat. Sed modico illo ligno p infortuniũ reuoluto: rectore natante frater merſus eſt in profundũ. Inuocabãt fratres extra poſiti affectuoſis pcibus beatũ franciſcum: ꝛ vt filio ſuccurreret lachrimoſis gemitibus ſupplicabant Submerſus etiam frater de ventre gurgitis nimis immenſi/ cum ore non poſſet/ corde clamabat vt poterat: implorãs pij patris ſubſidiũ. ¶Et ecce auxiliante ſibi beati patris pſentia/ p profũdũ ſicut p aridam ambulabat: ꝛ demerſam nauiculam capiens: cum ea peruenit ad littus. Mirabile di-

ctu. Vestimenta eiꝰ madidata non sunt: nec aque gutta proximauit ad tunicam ¶ Frater bonauentura nomine cum duobus viris per lacum quendã nauigans: confracta ex parte nauicula propter aque influentis impetum/ demersus est cum naui z sociis ī profundum. Cum autem de lacu miserie misericordem patrem franciscum inuocarent cum multa fiducia/ superenatauit subito aqua plena nauicula: et cum eis sancto prebente ducatum salubriter deuenit ad portum. ¶ Sic et quidam frater de esculo submersus in flumine: sancti frãcisci meritis extitit liberatus. ¶ Sed et in lacu reatino cum quidam viri et mulieres in consimili essent periculo constituti: ad inuocationem nominis sancti francisci/ de aquarum multarum periculoso naufragio salubriter euaserunt. ¶ Quidam naute anchonitani procellosa tempestate iactati: submersionis periculum iam videbant. Cumꝙ sic desperati de vita sanctum frãciscum supplici-ter inuocarent/ lumen in naui magnum apparuit: et cum ipso lumine tranquillitas concessa diuinitus: ac si beatus vir sua miranda virtute et ventis imperare posset et mari. Quantis autem miraculorum prodigijs beatus hic pater in mari claruerit et clarescat/ quotiens ibidem opem tulerit desperatis: nullatenus credo possibile per singula enarrare. Nec mirum si iam regnanti in celis collatum est imperium super aquas: cui et in hac mortalitate degẽti/ omnis corporea creatura ad suam refigurata originem/ mirabiliter seruiebat.

¶ De liberatis a vinculis et carceribus.

In romania grecum cuiusdam domini seruientem contigit de furto fallaciter accusari: quem dominus terre i arcto carcere mandauit includi/et grauiter vinculari. Domina vero domus miserta serui/quem indubitāter credebat a culpa sibi imposita innocentē: pro liberatione ipsius apd virum precibus insistebat deuotis. Verum non acquiescēte viri sui duricia obstinata: recurrit dña supplex ad sanctum frāciscum/et eius pietati voto commendauit insontem. Protinus affuit miserorum adiutor: et virum in carcere positum miseri corditer visitauit. Soluit vincula/ carcerem fregit/innocentē manibus apprehensum foras eduxit: et ait. Ego sum ille: cui domina tua te deuote commisit. Cunq; ille timore magno corriperetur/ et pro descensu altissime rupis voraginem circuiret/subito laboratoris sui virtute inueniens se in plano: redijt ad dominam suam/ relataq; per ordinem miraculi veritate: deuotam dominam ad christi amorem et reuerentiam serui eius francisci feruentius inflammauit. ¶ In massa sancti petri/cuidam militi debebat pecunie quantitatē pauperculus quidaz. Cunq; pre inopia facultas non suppeteret persoluendi: captus debitor a milite repetente/misereri sibi orabat suppliciter/dilationem querens amore beati francisci. Spreuit superbus miles preces oblatas/et sancti amorem velut mane quid inaniter vilipendit. Iam cer

nico se respōdēs/tali te(ait)loco recludam ⁊ tali retrudā carcere:qō nec franciscus nec aliquis te poterit adiuuare. ¶ Temptauit quod dixit. ¶ Carcerem adinuenit obscurum:in quo hominem vinculatū coniecit. ¶ Paulopost affuit sanctus frāciscꝰ/ et fracto carcere ruptisqꝫ cōpedibus: illesum hominē reduxit ad propria. Sic fortitudo franciscī militē predata superbuꝫ/ captiuum q̄ se sibi subiecerat liberauit a malo: militisqꝫ proteruiam mirando miraculo in mansuetudinem cōmutauit

¶ Albertus de areciocū in vinculis artissimis teneretur pro debitis iniuste ab eo petitis: suam innocentiam sancto francisco humiliter cōmendauit. Ordinem quidē fratrum minorū plurimū diligebat:⁊ sanctū franciscū inter sanctos specialiter venerabatur affectu. Dixit autem creditor suus voce blasphema:qꝫ nec franciscus nec deus posset eum de suis manibus liberare. Factum est itaqꝫ i vigilia sancti franciscī cumvinctus ille nithil comedisset/sed ob sancti amorem victum suum cuidam tribuisset egeno:nocte veniente apparuit ei euigilanti sanctus franciscus. Ad cuius ingressum: vincula de pedibus et catene de manibus ceciderunt. Sponte aperta sunt hostia / prosilierūt tabule de solario:et liber abcessit homo ad propria rediens. Impleuit ex tuncvotū ieiunans vigiliam beati franciscī:et cereo quē annuatim consueuit offerre/inacrescentis deuotionis iudicium annuatimvnamvnciam superaddens. ¶ Residē te in sede beati petri domino gregorio nono: q̄dā

petrus nomine de ciuitate alisia de hereſi accuſa
tus/rome captus eſt: et de mandato eiuſdem pon
tificis ad cuſtodiendum traditus epiſcopo tiburti
no. Quem ſub pena epiſcopatus accipiens com=
pedib⁹ alligauit: obſcuroq; ipſum carcere ne poſ
ſet effugere fecit includi/panem ei prebens ī pō
dere et poculum in menſura. Cepit autem homo
ille beatum franciſcum ad ſui miſerendum multꝫ
precibus et fletibus inuocare: eo q audierat ſolē
nitatis eius iam adeſſe vigiliam. Et quoniā fidei
puritate omnē abdicauerat hereticē prauitatis
errorem/totaq; cordis deuotione adhęſerat fide=
liſſimo chriſti ſeruo franciſco: intercedentibus ip
ſius meritis a domino meruit exaudiri. Inſtante
eñ iam nocte ſue feſtiuitatis circa crepuſculum
beatus franciſcus in carcerē miſeratus deſcēdit/
et illū ſuo noie vocans: vt cito ſurgeret imperauit
Qui timore pterritus quiſnā eſſet iterrogās: be=
atum franciſcū adeſſe audiuit. Cūq; virtute pre
ſentie viri ſancti vincula pedum ſuorum cōfracta
conſpiceret cecidiſſe: ꝛ tabulas carceris clauis vl
tro, pſilientibus aperiri: et apertū iter ſibi ad exe=
undū pberi/ſolut⁹ tñ ꝛ obſtupefact⁹ fugere neſcie
bat: ſed ad ianuā clamans cuſtodes oēs pterruit.
Qui cum eum liberatum a vinculis epō nunciaſ=
ſent: poſt intellectū ordinem rei ad carcerem pō=
tifex deuot⁹ acceſſit/ꝛ manifeſte dei virtutē cogno
ſcens: ibidē dñm adorauit Vincula quoq; corā dño
papa ꝛ cardinalibus delata fuerunt: q̄ videtes qđ
factum fuerat/admirati plurimū bñdixerūt deū.

¶ Guidolottus de sācto geminiano/falso accusatus fuit ꝙ veneno īteremerat quendā virū: ⁊ ꝙ eodem genere mortis filium eiusdem viri/et vniuersam eius familiam proposuerat enecare Captus proinde a potestate terre: grauissimis vinculis aggrauatus/in turri quadam reclusus est. Ipse vero fiduciam habens in domino pro sua innocentia quam sciebat: causam commisit beati francisci patrocinio defendendam. Excogitante igitur potestate qualiter criminis obiecti confessionem eliceret per tormenta/qualibusq; penis confessum faceret interire: nocte illa cum mane ad cruciatus deberet adduci/sancti francisci presentia existitit visitatus et immenso luminis fulgore vsq; mane circundatus: repletusq; gaudio et fiducia multa/securitatem euasionis accepit. Aduenerunt mane tortores/et eductum de carcere aculeo suspenderunt aggrauantes super eum multa pondera ferri. Depositus est pluries et iterum eleuatus: vt pena pene succedente citius ad confessionem criminis arceretur. Sed spiritu innocentie letabatur in vultu: nullam mesticiam pretendens in penis. Deinde accensus est ignis sub ipso non modicus: nec propterea capillus est lesus/cum tamen capite demisso dependeret ad terram. Tandem bulliente oleo superfusus/virtute patroni cui se commiserat defensandum hec omnia superauit: et sic dimissus liber saluus abcessit.

¶ De liberatis a periculo partus.

Comitissa q̄dam in sclauonia sicut nobilitate illustris/sic et emula ꝓbitatꝫ: erga sāctum frācisc̄ū deuotiōe flagrabat/erga fratres vero sedula pietate Tempe ꝑtus duris ꝑuasa doloribus/ tāta fuit angustia molestata: vt ꝓlis futurꝰ ortꝰ/ p̄sens videret̄ matris occasus. Nō videbat̄ infantē eniti posse ad vitā nisi expiraret e vita: nec tali nisu parere sed ꝑire. Subuenit cordi eius sācti francisci fama/virtus ⁊ gloria: excitat̄ fides/inflāmat̄ deuotio. Cōuertit se ad auxiliū efficax: ad fidū amicum/ad deuotorū solaciū/refugiū afflictorū Sancte francisce (inquit) pietati tue supplicāt oīa ossa mea: ⁊ mente voueo/quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi finis fuit dolendi: ꝑturiendi meta pariendi principium. Statim em̄ om̄i cessante pressura: partum edidit cum salute. Non fuit immemor voti nō propositi refuga Ecclesiā quādā pulchrā cōstrui fecit ⁊ cōstructā ad scti honorem fratribus assignauit.

¶ In partibus romanis mulier q̄dā beatrix noīe vicina partui/cū ꝑ dies quattuor fetū in vētre portaret extinctū: multis īfelix agitabatur angustijs ⁊ exitialibus doloribus vrgebatur. Mortuus fetꝰ matrem cogebat ad mortē: et nondū in lucē proditum abortiuū/publicū matris ꝑiculum pariebat. Tēptabat medicoꝝ auxiliū: sed omne humanum remedium laborabat ī vanum. Sic de primis maledictionibus copiosius aliquid declinarat ī miserā: vt sepulchꝝ facta cōceptꝰ sepulchrū ꝓ certo

proximū expectaret Fratribus tandē minoribꝰ g
nternūcios tota se deuotione cōmittens: suppli
citer aliquid de sancti francisci reliquijs fide ple
na popoſcit. Cōtigit nutu diuino aliquātulū inue
niri de corda: qua fuerat ſctūs qñq; precinctus.
Mox vt ſuper dolentem poſita corda fuit: omnis
facillime ſolutus eſt dolor/mortis cauſa mortu-
us fetus emiſſus priſtina ſanitas reſtituta.

¶ Cuiuſdam de caruio nobilis viri vxor iuliana
nomine pro filiorum morte annos trahebat lugu
bres/et continue infelices deplorabat euentus
pro eo q̄ omnes quos cum preſſura portauerat fi-
lios/modico interiecto tēpore cū vehemētiori do
lore ſepulture tradiderat. Cum igitur quattuor
menſium conceptum habueret in vtero/magiſq;
propter euentus preteritos de concepte prolis
ſollicitaretur obitu q̄ de ortu: beatum patrē fran
ciſcum p̄ vita nōdum nati fetus fideliter precaba
tur. Ecce autem nocte quadā dormienti ſibi/mu-
lier quedam apparebat in ſomnis: formoſum pue
rulū geſtans in manibꝰ: illūq; letiſſime offerebat
eidem. Cum vero illa recipere recuſaret quē ſta-
tim formidabat amittere: mulier illa ſubiūxit. Se
cure ſuſcipias/quia quem tuo merori cōpatiens
ſacer mittit franciſcus: vita viuet et ſoſpitate gau
debit. Statim euigilās mulier intellexit per oſtē
ſam ſibi celitus viſionem/beati franciſci ſibi adeſ
ſe ſuffragium: et extunc abundātiori cōpleta leti
cia/pro ſuſcipienda prole iuxta promiſſum multi
plicauit preces/et vota promiſit. Impletum eſt

deniq3 tempus pariendi/et peperit femina ma-
sculum: qui iuuenilis robore florens etatis/tāq3
per beati franciſci merita fomentum ſuſciperet
vite/incitamentum parentibus prebuit ad xp̄m
et ſanctum eius deuotionis affectus Simile quid
dā huic in tyburis ciuitate btūs pater effecit. Cū
enim mulier quedā filias plurimas peperiſſet: de
ſiderio prolis fatigata virilis/apud ſanctū fran-
ciſcū preces ingeminauit t vota. Concepit igitur
eius meritis mulier illa: et geminos ei parere de
dit/qui pro vno fuerat exoratus. ¶ Apud viterbi
um partui propinqua mulier morti propiquior cē-
ſebatur/viſceralibus tormentata doloribus: et to
ta calamitoſa infortuniis mulierum. Cūq3 natu-
re ſuccumbente virtute/omnis deficeret artis in-
duſtria: inuocato beati franciſci nomine liberata
confeſtim mulier/ partum ſalubriter terminauit.
Sed aſſequuta quod voluit et oblita beneficij q̄d
accepit: honori ſancti non deferens/ die natalis
ipſius ad opera ſeruilia manus extendit. Et ecce
ſubito dextrum brachium ad laborem extenſum:
inflexibile remanſit et aridum: Quod cum ſtude-
ret ad ſe reuocare cum altero: vltione conſimili t
illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mu-
lier reintegrauit votum: vſumq3 membrorum quē
propter ingratitudinem amiſerat et contemptum
per miſericordis et humilis ſancti merita (cui ſe
iterato deuouit) recuperare promeruit.
¶ Mulier quedā de partib⁹ aretinis/ cū p ſeptē
dies ptus diſcrimina ſuſtineret: et iā in nigredi-

nem versa desperata esset ab omnibus: votum fe
cit beato francisco et eius cepit moriens auxiliu3
inuocare. Emisso autem voto celeriter obdormu-
it: viditq3 in somnis beatum franciscum se dulci-
ter alloquentem ac requirẽtem/vtrum faciem ip-
sius agnosceret et antiphonã illam virginis glo-
riose. Salue regina misericordie-sciret ad hono
rem eiusdem virginis recitare. Qua respondẽte
se habere noticiam de vtriq3: incipe ait sanctus
antiphonam sacram: et anteq3 compleas paries
cum salute. Ad hanc vocem euigilauit mulier: et
cum timore cepit dicere/Salue regina misericor
die. Cunq3 illos misericordes oculos precaretur/
fructumq3 cõmemoraret vteri virginalis: cõtinuo
cunctis liberata pressuris infantem peperit spe-
ciosum/gratias agens regine misericordie: que p
beati francisci merita ipsius dignata fuerat mi-
sereri.

De cecis illuminatis.

A conuentu fratrũ minorum de nea-
poli/cum quidam frater robertus no-
mine cecus annis plurimis extitisset:
creuit in oculis ei9 caro superflua/mo
tum et vsum impediens palpebrarum
Cũ igitur fratres forenses ad diuersas mũdi par
tes tendentes ibidem plurimi conuenissent: bea-
tus pater franciscus speculum obedientie sãcte/
vt eos miraculi nouitate hortaretur ad iter pre-
dictum fratrem ipsis presentibus tali modo cura-
uit. Jacebat nocte quadam frater robert9 p̃dict9

eger ad mortem/iamq; sibi fuerat anima commendata/cum ecce astitit ei beatus pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis: videlicet sancto anthonio/fratre augustino/z fratre iacobo de assisio/qui sicut eũ perfecte fuerant sequuti dum viuerent. ita et ipsum alacriter comitabantur post mortem Accipiens cultellum sanctus franciscus carnem superfluam resecauit: lumen restituit pristinum: et a mortis eum fauce reduxit. Dixitq; illi Fili roberte gratia quam tecum feci: signuz est fratribus ad remotas nationes euntibus q ego precedam eos et ipsoz dirigam gressus. Vadant inquit gaudenter: et iniunctam obedientiam alacri animo exequãtur. ¶ Apud thebas i romania mulier ceca vigiliã sancti francisci in pane tãtum z aqua ieiunans: ad ecclesiam fratrum minorum sũmo mane festiuitatis a viro suo perducta est. Que dũ missa celebraretur in eleuatione corporis christi oculos aperuit: clare vidit: deuotissime adorauit. In ipsa vero adoratione voce magna proclamans: gratias inquit deo et sancto eius: quia video corpus christi. Omnibus qui aderant in vocẽ exultationis conuersis: post sacrorum expletionẽ reuersa est mulier in domum suam cum gaudio spiritus z lumine oculorum. Exultabat quidem mulier nõ solũ quia lucis corporee recuperarat aspectum: verumetiam quia sacramentum illud mirificũ qđ est lumẽ aiarũ verũ z viuũ: respectu primario q beati francisci merita fidei suffragrãte virtute meruerat intueri.

¶ In campania puer quidam quattuordecim annorum de castro pophis subita vexatus angustia sinistrum oculum amisit ex toto. Passionis acerbitas sic de loco suo propulit oculum: qō per octo dies extra neruo relaxato longitudine digiti vnius ad maxillas dependens: p ene aridus est effect⁹. Sed cum sola superesset abscisio: et a medētibus foret penitus desperatus: pater eius ad auxiliuz beati franciſci tota se mente conuertit. Non defuit ille indefessus miserorum adiutor: precibus supplicantis. Nam oculum aridum mirabili virtute in locum suum pristinumqz vigorem restituit: et lucis optate radijs illustrauit. ¶ In eadē prouincia apud castrū magni ponderis lignū ex alto proruit: et cuiusdā sacerdotis caput grauissime quassans sinistrum oculum excecauit. Qui humi deiectus: cepit alta voce sanctum franciſcum luctuose clamare dicēs. Succurre pater sanctissime: vt ad festum tuum ire valeam: sicut fratribus tuis ire p̄misi. Erat em̄ vigilia sancti. Qui statim exurgēs peroptime liberatus/in vocem prorupit laudis z gaudij: et circunstantes oēs qui eius miserie condolebant in stupore cōuertit z iubilum. Iuit ad festū: narrās oībus quā in se expertus fuerat clementiam et virtutem. ¶ Vir quidam de mōte gargano dum in vinea sua laborans lignum quoddā ferro succideret: propriū percussit oculum z sic diuisit per mediū: vt quasi dimidia pars ipsius exterius dependeret. Cūqz in tam desperato periculo desperaret sibi posse per hoiem subueniri: ieiu

naturū se in festo sancti franciſci ſi ei ſuccurreret
repromiſit. Statim in loco debito viri oculū ſan-
ctus dei reſtituit: ſicqꝫ diui ſū reuinxit ꝛ lumine pri
ſtino decorauit vt nulli⁹ leſionis veſtigia remane
rent. ¶ Filius cuiuſdā nobilis viri a natiuitate ce
cus: meritis ſancti franciſci lumen accepit opta-
tū. Qui nomen ab euentu ſortitus: illuminatus
vocatus eſt. Aſſumpſit poſtea cū in etate eſſet or-
dinē beati franciſci accepti bñficij non ingratus
tantūqꝫ pfecit in lumine gr̄e et virturis vt vere
lucis fili⁹ videret. ¶ Tādē bti p̄ris ꝓmerētib⁹ merit⁹
ſāctū initium fine ſanctiori cōcluſit. ¶ In zanchā
to qđ eſt caſtrum iuxta anagniam: miles quidā gi-
rardus nomine oculorum lumen ex toto perdide-
rat. Accidit autem: vt duo fratres minores ab ex-
teris partibus venientes ad domum ipſius hoſpi
taturi diuerterēt. Suſcepti itaqꝫ deuote propter
reuerentiam ſancti franciſci a familia tota et cuꝫ
omni benignitate tractati: gratias agentes deo
et hoſpiti ad locum fratrum deuenere vicinum.
Nocte igr̄ quadā: beatus franciſcus vni fratrū il
lorum in ſomnis apparuit dicens. Surge feſtina
cum ſocio ad domum hoſpitis veſtri qui chriſtum ꝛ
me ſuſcepit in vobis: volo enim ei beneficia repē
dere pietatis. Cecus quidem effectus eſt ſuis pro
merentibus culpis: quas penitentiali non ſtudu
it cōfeſſione purgare. Diſparēte quoqꝫ patre fra-
ter feſtinus ſurrexit: vt mandatum cū ſocio celeri
ter adimpleret. Ventāteſqꝫ ad hoſpitis domū: cū

cta que viderat alter per ordinem narrarunt eidē
Stupuit vir ille non modicum: & vniuersa que di
cebantur vera esse confirmans: compunctus ad la
chrymas confessus est libens. Tandem correcti-
one promissa/interioriq; homine taliter renoua-
to: exteriorem continuo recuperauit aspectū. Hu
ius miraculi fama circumquaq; diffusa: non solū
ad reuerentiam sancti verumetiam ad confessio-
nem humilem peccatorum & hospitalitatis gratiā
plurimos incitauit. ¶ Quidam pro furti calūnia
cecatus fuit rigore iusticie secularis apud assisiū:
octone milite per ministros publicos: sētentiam
octauiani iudicis: de eruendis accusato oculis ex
equente. Qui taliter deformat⁹ effossis oculis: di
cisis neruis opticis etiam cum cultello: duct⁹ ap̄
altare beati francisci: implorata ipsius clementia
& sua in predicti crīminis impositione innocētia
allegata: & scti ipsius merito infra triduum nouos
recepit oculos/minores quidē illis q̄bus orbatus
fuerat: sed nō minus limpide visus officiū exercē
tes. Huius autē stupendi miraculi: testis fuit p̄no
minatus miles octo /iuramento ad hoc astrictus
corā dño iacobo abbate scti clementis: auctorita-
te dñi iacobi epi tiburtini de ipso miraculo inqui-
rente. Testis etiam extitit eiusdem miraculi fra-
ter guillermus romanus/a fratre hyeronimo ge-
nerali ministro ordinis fratrū minorū ad verita-
tē dicēdā quā circa hoc nouerat: p̄ceptor excōicati
onis sētētia obligat⁹ Qui taliter astrict⁹: corā plu
rib⁹ ministris, puicialib⁹ eiusdē ordinis/& alijs ma

gni meriti fratribus affirmauit se duduz adhuc se cularem existentem/ vidisse eum habentem oculos: z postmodum actu executionis iniuriā patiētem/ ac se execati oculos in terram proiectos curiose cum baculo reuoluisse: z postmodum virtute diuina/ eundem noue lucis receptis oculis: vidētem clarissime conspexisse.

¶ De liberatis a variis morbis.

APud castruz plebis iuuenis quidā mēdicus/ surdus erat et mutus a natiui tate sua. Qui linguam adeo curtam habebat ac tenuē: q multociens exq̄sita a pluribus/ precisa penitus videretur. Vir quidam marchus nomīe ipsum propter deum suscepit hospicio. Qui eum sibi beneface ce sentiens: cepit cum ipso assiduus demorari. Sero quodam cum predictus vir cenaret cum cōiuge/ astāte puero coram eis: dixit vxori. Hoc ego maximum miraculum reputarem: si beatus franciscus huic auditum redderet z loquelam. Et adiecit. Voueo deo q si hoc sanct⁹ franciscus dignabitur operari: ppter amorem suum huic puero expensas conferam donec viuet. Mirum certe. Subito lingua creuit: et locutus est dicens. Gloria deo et sancto francisco/ qui michi loquelam prebuit et auditum. ¶ Frater iacobus de yseo/ cum puerulus esset ī domo paterna: rupturam icurrit corporis valde grauem. Superno vero afflatus spiritu: licet esset iuuenis et infirmus ordinē sancti francisci deuotus intrauit: nulli tamen q̄ vi-

gebat infirmitatē detexit. Factum est autem cum corpus beati francisci transferretur ad locum/ vbi preciosus sacrorum ossiū eius nunc thesaur⁹ est cōditus: affuit ꝛ tūc dictus frater trāslationis gaudijs/ vt glorificati iā patris sāctissimo corpori honorē debitū exhiberet. Et appropinquās tūbe in qua ossa sacra fuerāt collocata: pre deuotione spūs sacrū tumulū cōplexat⁹/ ꝛ cū lachrymis multis orans/ subito miro modo ad loca debita partibus reuocatis sanū se sēsit: succinctoriū deposuit/ et extunc ab omni dolore preterito liber fuit. Ab īfirmitate quoq; cōsimili frater bartholus de eugubio/ frater angelus de tuderco/ nicholaus sacerdos de sucano/ iohannes de foza: vir quidā de pisis/ ꝛ alius de castro cisterne: petr⁹ q̄q; de sicilia/ ꝛ homo quidā de castro spelli iuxta assisiū: ꝛ ꝯplures alij per dei miam et beati francisci merita extiterunt mirabiliter liberati. ¶ In maritima mulier quedam mentis alienationem p quinquē niū passa: visu ꝛ auditu priuata est. Indumēta dilaniabat dentibus/ ignis et aque periculū nō timebat: et caduci morbi ad summū incurrerat horribilē passionē Noctevero quadam cū disponeret sibi diuina misericordia misereri: salutaris fulgore lucis superillustrata diuinitus/ vidit beatum franciscū super soliū sedere sublime: ante quē prostrata sanitatē suppliciter exposcebat. Illo vero nondū fauente precibus/ firmauit mulier votum: promittens pro dei amore ac sancti petentibus/ donec haberet elemosinam non negare. Illico sā

ctus pactum recognouit quod olim cum domino simile fecerat: et signans eam crucis signaculo/integram sibi restituit sanitatem. A consimili passione puellam quandam de nursia/ꝛ filium cuiusdā nobilis viri et alios quosdam: relatione veridica compertum et sanctum dei franciscum misericorditer liberasse. ¶ Petrus de fulginio ad visitanda limina beati michaelis quodam tempore pergens/dum minus reuerenter peregrinationem peregit: fontis cuiusdam aquaꝫ degustās a demonibus est inuasus. Et exinde per tres annos obsessus discerpebatur ī corpore: pessima loquens/et horrenda pretendens. Habens tamen aliquando lucida interualla: beati viri virtutem quam efficacem audierat ad effugandas aereas potestates humiliter requisiuit. Et ad sepulchrū pij patris accedens: mox vt illud contigit manu/a demonibus crudeliter eum discerpentibus mirifice liberatus fuit. Simili etiam modo mulieri cuidam de narnio habenti demonium/ misericordia francisci subuenit: et alijs pluribus/ quarum vexationum angustias et curationum modos/ lōgum esset per singula enarrare. ¶ Uir quidam nomine bonus homo de ciuitate fani paraliticus et leprosus: ad ecclesiam beati francisci a parentib⁹ deportat⁹/vtriusqꝫ morbi plenā ꝯsecut⁹ē sanitatē. Sed ꝛ alius iuuenis quidā atto noīe de sctō seuerino tot⁹ leprosus: voto emisso ꝛ ad sepulchrū scti delat⁹/meritis ipsi⁹ lepra mūdatus ē. Habuit

quidem sanctus super huiusmodi morbo curando precellētem virtutem: pro eo q humilitatis z pietatis amore leprosoruz obsequijs semetipsum humiliter deputarat ¶ Nobilis quedam mulier rogata noie eī ēpatu forano/p. xxiij. ānos fluxu fuit sanguis fatigata: sz z a cōplurib⁹ medicis cōpluri ma mala perpessa. Pre nimietate q dē langoris: sepius videbatur mulier expirare. Sed et si quando fluxus huiusmodi strīgebatur: tumescebat toto pore toto. Audiens autem quēdam puerū romano sermone canentem miracula que deus p beatum franciscū fuerat operatus: nimio dolore commota/tota prorupit in lachrimas/sicq intra se fide accensa dicere cepit. O beate pater francisce qui tantis coruscas miraculis/si me digneris ab hac egritudine liberare/magna tibi accrescet gloria: quoniam adhuc tantum miraculum non feci sti. Quid plura: His dictis sensit se beati francisci meritis liberatam. Filium quoq ipsius mariuz noie: qui brachium habebat confractum: sanctus franciscus voto ad ipsum emisso sanauit. Femiā etiam quandam de sicilia per septemnium fluxu sanguinis fatigatam: beatus chzisti signifer sanā fecit.. ¶ In vrbe romana praxedis quedam nomine religiositate famosa/que a tenella etate propter eterni sponsi amorem arto se carcere per. xl. iam fere annos abdiderat: apud beatuz franciscum gratiam promeruit specialem. Hā cū die quadam pro rebus oportunis solarium sue cellule ascendisset z impulsione fantastica corru

ens/confractum haberet pedē cū crure/et humerum a positione debita sequestratam: apparuit ei benignissimis pater vestimentis glorie candidatus/dulcibusq; affatibus alloqui cepit eandem. Surge(inquit)filia benedicta: surge ne timeas. Et apprehensa manu ipsius alleuans eam: disparuit. Ipa vero per cellulam suam huc atq; illuc se cōuertens/putabat se visum videre: vsqquo ad clamorem ipsius apportato iam lumine/perfecte se sentiens per seruum dei franciscum esse sanatā: cuncta que acciderant per ordinem enarrauit

¶ De non seruantibus festum et inhonorantibus sanctum.

IN pictauie partib⁹ villa que synio dicitur/sacerdos quidaz reginaldus nomine beato francisco deuotus: festuz ipsius parrochianis suis indixerat solemniter celebrandum. Unus autem de populo ignorans sancti virtutem: sui paruipēdit sacerdotis mandatum. Egressus autem foras in agrum vt ligna succideret: cum se preparasset ad opus/vocem audiuit huiusmodi ter dicentem Festum est: operari non licet. Uerum cum nec imperio sacerdotis nec superne vocis oraculo serui lis temeritas frenaretur: addidit diuina virt⁹ ad gloriam sancti sui sine mora miraculum et flagellum. Mox enim vt furcam vna manu iam tenens/alteram cum ferreo instrumento leuauit ad opus sic diuina virtute cohesit vtraq; manus vtriq; instrumēto/vt ad neutrius dimissionem digitos ali

quatenus relaxare valeret. Ex quo stupefact⁹ nimis et q̄d ageret nesciens: ad eccleſiā (multis vndiq; advidendū prodigiū concurrentib⁹) properauit. Vbi mente compunctus ante altare: quodam ex assistētibus sacerdote monēte (plures quippe ad festū vocati q̄uenerāt sacerdotes) btō frācisco humiliter se deuouit tria sicut ter vocem audierat vota vouens: q̄ scilicet festuz ipsius coleret/q̄ ad illā in qua tūc erat eccleſiaz i festo veniret: z q̄ sācti corpus personaliter visitaret. Mirū certe relatu. Vno emisso voto vn⁹ de digitis fact⁹ est liber/ ad secundi emissionē solutus est alius: sed tertio facto voto laxat⁹ est terti⁹/z postmodum tota manus/necnō z altera subsequēter: ppō qui iā multus aduenerat sctī clementiā deuotissime iplorāte. Sic hō pristine reddit⁹ libertati/p seipsū istrumenta deposuit: cunctis laudantibus deum/ virtutemq; sancti mirificam: qui tam mirabiliter percutere poterat et sanare. Ipsa vero instrumenta vsq; hodie coram altari ad honorem beati francisci fabricato ibidem: in memoriam facti dependēt. Plura quoq; illic et in locis vicinis patrata miracula: et sanctum in celis ostendunt eximium/et festum ipsius in terris venerabiliter excolendum.

¶ In ciuitate quoq; cenomanensi dum in solemnitate sancti francisci mulier quedam manus ad collum extenderet/et digitis apprehenderet fusum: obrigescentibus manibus ceperūt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pena docente sācti recognoscens virtutem: corde compuncta cu-

currit ad fratres. ¶Cuncq; pro salute ipsius/ deuoti filij sancti patris clementiam precarentur/ incolumis effecta est statim: nec aliquid lesionis remansit in manibus/ nisi ad facti memoriam solum vestigium combusture. Simili etiam modo in campania maiori mulier quedam: & in villa olueti mulier altera/ et in castro pyllei tertia: dum beati patris festum celebrare contemnerent/ preuaricantes primum mirabiliter sunt punite: sed postmodum penitentes/ per sancti francisci merita sunt mirabilius liberate. ¶Miles quidam i prouincia masse/ beati francisci operibus et miraculoꝝ signis impudentissime detrahebat. Inferebat multa opprobria peregrinis ad ipsius memoriam venientibus: et contra fratres publica garriebat insania. ¶Cum autem semel sancti dei gloriam impugnaret: addidit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est inquit q̄ franciscus iste sit sanctus: gladio cadat hodie corp⁹ meum. Si vero sanctus non est: euadam incolumis. Non distulit ira dei condignum inferre suppliciū cum iam facta fuisset eius oratio in pctīn. Mora enim modica interiecta: dum blasphemus nepoti suo inferret iniuriam: accepit ille gladium/ et patrui visceribus cruentauit. Eodem die mortuus est sceleratus inferni mancipium et filius tenebrarum: vt ceteri discerent miranda francisci opera non blasphematorijs verbis impetere/ ꝫ deuotis laudibus honorare.

¶Judex quidam noie alexāder/ dū a bti franci-

fci deuotione quos poteratvenenata lingua re-
traheret:diuino iudicio lingua priuatus / per sex
annos obmutuit. ¶Qui cum in eo quo peccauerat
torqueretur: alta penitudine reuocatus dolebat
se contra sancti miracula oblatrasse. Itaq; non p
stitit misericordis indignatio sancti:sed penitentem
tem ac se humiliter inuocantem restituta loquela
recepit ad gratiã. ¶Extunc linguã blasphemã ose
crauit laudibus sancti:deuotionem simul et disci
plinam recipiens per flagellum.

¶De quibusdã alijs miraculis:diuersimodi gñis

In castro galiani valuẽsis dioceſis mu
lier erat quedam maria nomine / que
christo iesu et sancto francisco famu-
latu deuoto subiecta: vna dieruz esti-
uo tempore exist/vt manibus conqui-
reret propriis necessariumvictũ. ¶Cum itur fer
uente nimium estu/sitis deficere cepisset ardori-
bus:omni priuata beneficio poculi pro eo q̃ i mõ-
te arido sola esset/quasi exanimis humi prostrata
patronum suum sanctum franciscum inuocabat
pro mentis affectu.Dum autem perseueraret mu
lier in affectuosa ꝛ humili prece:labore/siti/ꝛ estu
fatigata ꝑplurimum paululũ obdormiuit.¶Et ec-
ce sanctus franciscus aduenies/ et eam vocans
ex nomine:surge(inquit)et bibe aquam q̃ diuino
munere tibi ac pluribus exhibetur. Ad huius vo-
cis auditum surrexit mulier a somno non modicũ
confortata: ꝛ accipiens filicẽ q̃ iuxta se erat radi-
citus euulsit a terra/effodiẽsq; ligno paruulo cir

cũquaq̃/viuentẽ repperit aquam: q̃ cũ primo vi-
deret paruula stilla/subito diuina virtute creuit
i fontẽ. Bibit itaq̃ mulier ⁊ saciata oculos lauit/
quos cũ longua prius haberet egritudine obũbra
tos: noua extũc sensit luce perfusos Festinauit ad
domum mulier: tam stupendum miraculum ad glo
riam sancti francisci denũcians vniuersis. Con-
currerũt vndiq̃ multi ad miraculi famã/experiẽ-
tiã magistra discẽtes mirabilem illius aque virtu
tem: dũ ad ipsius cõtactũ (confessione premissa)
a varijs morborum cladibus plurimi liberan-
tur. Perseuerat vsq̃ hodie fons ibi perspicuus: ⁊
in honore beati frãcisci ibidẽ oratoriũ ẽ cõstructũ.
¶ In hyspania apud sanctum facundum: viri cu
iusdam cerasum arefactam/ad virorem frondium
florũ et fructuũ/cõtra spẽ mirabiliter reuocauit.
¶ Incolas quoq̃ terre apud villesios: a vermiũ
peste corrodentium vineas circũquaq̃ miraculo-
so suffragio liberauit. ¶ Sacerdotis cuiusdã iux-
ta palentiam horreũ quoddã / qđ vermibus fru-
mentarijs repleri quolibet anno solitum fuerat:
sibi fideliter cõmendatum penitus expurgauit.
¶ Terram quoq̃ domini cuiusdam de petra ma-
la in regno apulie sibi suppliciter commẽdatam/
ab odiosa peste brutorum penitus seruauit indem
nem: cũ tamen in circuitu/omnia essent p̃dicta pe
stilentia deuorata. ¶ Vir quidam martinus nomi
ne/cum longe a castro suo boues minasset ad pa-
scua: crus vnius bouis casu quodam sic fuit despe
rate confractũ/vt nichil esset sibi de remedio ali-

quo cogitandum. Dum autem prò decoratione fo
ret sollicitus/et instrumẽtum cum quo id faceret
non haberet: domum reuersus beato francisco bo
uis curam reliquit/ipsumq; fideli sancti custodie
fiducialiter commendauit: ne ante suum reditum
deuoraretur a lupis. Summo itaq; mane ad bouẽ
in silua relictum cum excoriatore reuersus/pascẽ
tem ipsum ita reinuenit incolumen: quod nequa-
q; fractum crus ab altero discernebat. Gratias
egit bono pastori: qui diligentem de boue suo cu-
ram habuit/ et medelam donauit. Succurrere no
uit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsũ:
nec quantumcunq; paruas necessitates hominuz
dedignatur. Nam viro cuidam de amiterno iumẽ
tum restituit furto sublatum: mulieri cuidam de in
terduco catinum nouum in multas partes casu di
uisum integre reparauit. viro etiaz cuidam de mõ
te vlmi in marchia consolidauit vomerem in fru
sta cõfractum. ¶ In sabinensi dioceſi vetula que
dam octogenaria erat: cuius filia moriens lactan
tem infantulum dereliquit. Cum igitur anus pau
percula plena esset inopia et vacua lacte/nullaq;
esset mulier que sitienti paruulo lactis stillici-
dium (iuxta qõ exigebat necessitas) erogaret: quo
se verteret vetula penitus ignorabat. Debilitato
vero infantulo nocte quadam omni humano desti
tuta subsidio: ad beati patris francisci auxiliũ im-
plorandum lachrimarum vmbre pefusa tota se-
mente conuertit. Affuit statim innocentis amator

etatis/ego(inquiens)sum frãciscus o mulier qui cũ tantis lachrymis inuocasti. Pone(ait)mammas tuas in ore pueruli: quoniam abundanter tibi lac dominus dabit. Impleuit anus sancti mandatum: et statim octogenarie mamme lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile sancti donum: multis tam viris q̃ mulieribus accelerantibus ad videndum. Et quia quod testabãtur oculi lingua impugnare non poterat: excitabãtur omnes ad laudandum deum in sancti sui virtute mirabili z amabili pietate. ¶ Apud scopletum virz vxor vnicum habẽtes filium: quotidie illum velut hereditariũ opprobrium deplorabãt. Brachijs siquidem collo connexis: iunctisq; genibus pectori/et pedibus natibus alligatis: non hominis proles sed monstrum quoddam potius videbatur. Vehementiori mulier ex hoc afflicta dolore: crebris gemitib⁹ clamabat ad xp̃m/sancti frãcisci auxiliũ inuocãdo: vt infelici sibi z i tali opprobrio cõstitute succurrere dignaret. Nocte igit quadã cũ ppter hmõi tristiciã tristis eã sõnus arriperet/apparuit ei sctũs frãciscus: pijs eã affatibus mulcẽs/insuper et suadẽs q ad locũ ppiquũ suo nomini dedicatũ deferret puer: vt ex aqua putei loci illi⁹ in noie dñi superfusus/plenã reciperet sospitatẽ. Negligẽte aũt illa scti adiplere mãdatũ: secũdo replicauit ip̃m. Tertio quoq; apparẽs: mulierẽ cũ puerovsq; ad ianuã dicti loci preambulo ducatu pduxit. Superueniẽtes aũt nobiles q̃dã matrone/deuotionis cã ad locũ p̃dictum/

eis a muliere prefata diligenter exposita visione vna cum ipsa puerum fratribus presentarũt. Et haurientes aquam de puteo earum nobiliori propriis manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad sua loca productis sanus apparuit: et magnitudo miraculi omnibus admirationem induxit. ¶ In castro chore hostiensis diocesis vir quidam crus sic ex toto perdiderat: vt nullo modo progredi vel mouere se posset. Positus ita q̃ in angustia vehementi et auxilio desperatus humano: cepit nocte quadam ac si presentem cerneret beatum franciscum talem coram eo assumere materiam querelandi. Adiuua me sancte francisce: recolens meum seruitium et deuotionem tibi impensam. Nam in asino meo te portaui/ sanctos pedes tuos et sanctas manus osculatus fui sẽp tibi deuotus sẽper beniuol⁹ extiti: et ecce morior doloris huius durissimo cruciatu. His pulsatus querelis/ statim affuit beneficiorũ memor/ deuotioni gratus: ꝛ vigilanti viro cum vno fratre apparuit. Ad vocationem eius venisse se dixit: ꝛ tulisse remedia sanitatis. Tetigit locum doloris cũ baculo paruulo qui figuram thau in se habebat: ꝛ fracto mox apostemate perfectam tribuit sanitatem. Et quod mirabilius est: sacrum signum thau impressum super locum sanati vlceris ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc signo sanctus franciscus suas consignabat litteras: quotiens charitatis causa scriptum aliquod dirigebat. Sed ecce dum per diuersa miracula glorioſi patris frãciſci

mẽs narrationis varietate distracta decurrit: pro
merente ipso crucis glorioso signifero in signum
salutis thau non sine diuina directione peruenit
vt ex hoc possimus aduertere q sicut crux militan
ti post christus fuit sublimitas meriti ad salutem:
sic triumphanti cum christo facta est firmitas te
stimonij ad honorem. Hoc quippe crucis misteri-
um magnum mirum in quo charismata gratiarũ
et merita virtutum/et thesauri sapientie et scien
tie tam alta profunditate velantur: vt a mundi sa
pientibus et prudẽtibus sit occultum/tam plene
fuit huic christi paruulo reuelatum: vt omnis vi-
ta ipsius non nisi crucis vestigia sequeretur/non
nisi crucis dulcedinẽ saperet/nõ nisi crucis gloriã
predicaret. Vere namq; in sue conuersionis prin
cipio: dicere cum apostolo potuit. Michi autem ab
sit gloriari: nisi in cruce domini nostri iesu christi.
Non minus etiam vere in cõuersationis progres
su addere valuit. Quicunq; hanc regulam secuti
fuerint: pax super illos et misericordia. Verissi-
me autem in consummatione potuit subinferre.
Stigmata domini iesu i corpore meo porto. Sed
et illud nos quotidie desideram⁹ ab ipso audire.
Gratia dñi nostri iesu christi: cum spiritu vestro
fratres. AMEN

¶ Gloriare igitur iam secure in crucis gloria chri
sti signifer gloriose/quoniam a cruce incipiens se
cundum crucis regulam processisti: et tandem in
cruce perficiens/per crucis testimonium quante
glorie sis in celo cũctis fidelibus innotescis. Se-

cure iam te sequantur qui exeunt ex egypto : quia per baculum crucis christi mari diuiso deserta trā sibunt/in repromissam viuentium terram(iordane mortalitatis transmisso)per ipsius crucis mirā dam potentiam ingressuri. Quo nos introducat verus populi ductor et saluator christus iesus crucifixus/per merita serui sui francisci ad laudem gloriam vnius dei trini:qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Bulla de stigmatibus Sācti francisci.

Alexander episcopus seruus seruorū dei Venerabilib⁹ frībus Archiepōpis et episcopis ac dilectis filijs Abbatibus/prioribus/decanis/ archidiaconis ⁊ eccl̄iarum prelatis per regnū francie cōstitutis Salutem ⁊ apostolicā bn̄dictionem. Benigna diuine operatio volūtatis in celo potenter innouās signa ⁊ sapienter immutās mirabilia sup terrā. Postq̄ dei filius victor mortis ad patrē vnde descēderat vehiculo proprie maiestatis ascendit/mirifice fortitudinis viros in consūmationē sanctorū diuersis temporibus suscitauit a quibus testimoniū spei glorie cū xp̄o in deo recondite firmaretur: et ecclie sancte ad promissam requiē festinanti in hoc peregrinationis exilio quod tediosa desiderij eius dilatione protrahitur/per ip̄os consolationis solatiū proueniret. Inter alios autē diebus n̄ris beatus franciscus almus xp̄i confessor apparuit/signis ⁊ virtutib⁹ gloriosus: qui clarissimis pie viuēdi meritis ⁊ exemplis sctām fecūdauit eccl̄esiam: ⁊ caligantia prefētis etatis tpa fulgoris sui lāpade illustrauit: viā pfecte iusticie preparās in heremo alt[illegible]ne paupertatis/quam ipse currēs alacriter ⁊ exultās cōtra carnē/mūdum/et demonem velut gigas trexit post se de inferi faucibus ⁊ traduxit ad dn̄m populum humilem/bonorum operum sectatorem: sicut effusa super faciem orbis terre copiosa professionis eius et religiosa generatio patefecit. Ut aūt

ad illuminationem gentium celebris eius memoria tanq̃ rutilum sydus in coruſco firmamenti mistici ethere ſeruaretur multis eum diuina potentia/ & adhuc militantem inter homines/ & demum in ſanctorum agmine triumphantem dignata eſt clarificare miraculis : que felicis recordationis Gregorius papa predeceſſor noſter ne illa vl̃ per uerteret emula ſanctitatis iniquitas/ vel obliuionis digitus qui rebus geſtis cito ſuperducitur aboleret/ ſolertiſſimis inquiſitionibus indagata et comperta fideliſſimis documentis: fecit ad laudẽ dei augmentum fidei et inſtructionem ſalubrẽ tam preſentium q̃ etiam futurorum monimentis perpetuis cõmendari vndem confeſſorem ſanctorũ cathalogo aſcribendo. ſicut in plurib⁹ locis liquido per ipſi⁹ predeceſſoris apparet litteras/ hoc ſeriem explicite continentes. Porro quia longũ eſſet nedũ exarare p ſingula: verũetiã ſuccincta relatiõe pſtringere clara ꝓtutis diuine pdigia que tam in operationibus ſanitatis q̃ i aliis mirabilibus argumẽtis/ probauerũt eundem confeſſorem tenere cum ſanctis ſoliũ glorie in excelſis. ſignã tervobis ante oculos proponi volum⁹ recolenda frequẽti⁹ & vehemẽtius ãmirãda illa ſaltẽ iocũda dñice paſſiõis ĩſignia: q̃ i eiuſdẽ ſancti corpore dũ adhucvitali ſpiritu foueretur/ manus celeſtis operationis impreſſit. Viderunt nãq̃ oculi fideliter intuentes et certiſſimi contrectantiũ digiti palpauerũt q̃ in manibus eius et pedibus expreſſa vndiq̃ ſimilitudo clauorum de ſubiecto proprie

carnis excreuit: vel de materia noue creationis accreuit. quam equidem idem sanctus studiose ab oculis hominũ quorũ refugiebat gloriã/dumviue ret abscondebat. Inuenta est quoq; patentius in ipsius defuncti corpore non inflicta humanitus neq; facta plaga vulnerꝫ lateralis: quasi aliquod instar lateris saluatoris quod redemptionis ⁊ regeneratiõis humane protulit sacramentum. que quidẽ plaga sicut quosdã ex fratribus sibi familiariter adherẽtibus latere non potuit per defluxũ humoris diu antea viruerat in viuẽte. Hec igitur mira et decora noue demonstrationis iudicia magne debent esse deuotionis diuitie xp̃ianis ⁊ inestimabiles religionis delitie in spiritualibus cõuiuijs ecclesie ortodoxe. cũ ex ijs sincera fides accipiat q̃ illi etiam fiunt passionis christi sine extrinseco persecutore consortes: qui pro ei⁹ amore carnem suam cum vicijs et concupiscentijs voluntarie crucifigunt. Sane de prefato sancto hec certius asserentes/indoctas fabulas seuvane adinuẽtionis deliramenta non sequimur. cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum. quando videlicet nos in minoribus cõstituti / confessoris eiusdem familiarem ex munere diuino meruimus habere noticiam sepefati predecessoruꝫ nostri domesticis obsequijs tunc tpis insistendo. Cum igitur oporteat cauere prudenter ne tãti patrocinij gratia humano generi celitus in memorato cõfessore collata in vacuum assumatur: vniuersitatem vestram rogamus et hortamur attente per aposto

lica vobis scripta mandantes quatinus eiusdē cō
fessoris preciosa merita / miraculosa magnalia et
salutarem memoriam celebritate annua / predica
tione frequēti / ꝛ veneratione assidua recensētes:
ad ipsius deuotionem gratie diuine meritoriā sub
ditos vestros crebris monitis excitetis. vt eo pro
vniuerso fideliū populo ac presertim pro his q̄ se
inuocauerint diuinam misericordiam implorante
mereantur supplices quod operum suorum pos-
sibilitas obtinere nō potest eius intercessionibus i
petrare. Nemo itaq; eidem sancto audeat de ce-
tero esse molestus in corpore suo christi iesu triū-
phalia stigmata preferenti. Si quis vero spiritu
temerarie presumptionis insanies diuini numi
nis inuidus: ꝛ apostolici iudicij sacrilegus impu-
gnator / premissa vel alia prodigiorum signa qui-
bus in ecclesia dei sanctitas predicti confessoris
eluxit / improbe cōtradictionis morsibus obtrectā
da crediderit: volumus et mandamus vt eum sa-
ne menti restituat iudicialis seueritas discipline
Ita q; districta prelati proprij castigatione correc-
tus dei opera blasphemare dediscat: et fidei ca-
tholice fructus de pia mirabilium domini credu-
litate pullulās / non arescat. Datū Magnie. vi.
nonas octobris Pontificat⁹ nostri. Anno primo.

¶ Bulla habetur in conuentu
fratrum minorum parisius.

¶ Impressū Parisius opa Johis barbier impresso
ris necnō almevniuersitatis bibliopole iurati.

LII 910

XVI [illegible]

XXV [illegible]

XLIV [illegible]